2. *Philistus* aus Syrakus, der die Geschichte Siciliens bis auf Dionys II. geschrieben hat, war 386 v. Chr. von Dionys I. verbannt worden. Von seinem Werke sind nur noch Bruchstücke vorhanden. — *amicum* Adj. 'begeistert'. — *non magis* . . . *quam* 'ebenso . . . wie besonders'. — Zu *tyrannis* füge 'überhaupt, im allgemeinen' hinzu. — *in eo libro, qui*: s. d. Einl. S. VI.

3. *tantum* gehört sowohl zu *potuit* als zu *valuit*: 'vermochte so viel und hatte solchen Einflufs'. — *persuaserit* mit Inf. statt der gewöhnl. Konstr. mit ut. — *tyrannidis*, im D. Dativ. — *a qua*, im D. knüpfe mit 'aber' an.

4. Dion wird schliefslich aus Syrakus entfernt, sein Sohn auf Betreiben des Tyrannen durch schlechten Lebenswandel verdorben.

1. *quidem* bleibt unübersetzt. — *verens* übers. nach A. B. 18c. — *secum* 'in seiner Nähe'. — *sui* nicht von suus! — *opprimere* 'stürzen'. — *qua* = ut ea. — *inter se* 'sich gegenseitig'.

2. *invidiae est* 'es trägt Hafs ein'; eigentl.? — *quae moveri poterant* 'bewegliche Habe' (vgl. unser Fremdwort 'Möbel'). — Über *navis* s. A. B. 1b. — *id*, die Ver-

mari volebat, id se non odio hominis, sed suae salutis fecisse
causa. Postea vero quam audivit eum in Peloponneso manum 3
comparare sibique bellum facere conari, Areten, Dionis uxorem,
alii nuptum dedit filiumque eius sic educari iussit, ut in-
dulgendo turpissimis imbueretur cupiditatibus. Nam puer 4
vino epulisque obruebatur neque ullum tempus sobrio relinque-
batur. Is usque eo vitae statum commutatum ferre non 5
potuit, postquam in patriam rediit pater (namque appositi
erant custodes, qui eum a pristino victu deducerent), ut se de
superiore parte aedium deiecerit atque ita interierit. Sed illuc
revertor.

5. Postquam Corinthum pervenit Dion et eodem per-
fugit Heraclīdes ab eodem expulsus Dionysio, qui praefectus
fuerat equitum, omni ratione bellum comparare coeperunt.
Sed non multum proficiebant, quod multorum annorum ty- 2
rannis magnarum opum putabatur. Quam ob causam pauci
ad societatem periculi perducebantur. Sed Dion, fretus non 3
tam suis copiis quam odio tyranni, maximo animo duabus
onerariis navibus quinquaginta annorum imperium, munitum
quingentis longis navibus, decem equitum centumque peditum
milibus, profectus oppugnatum, quod omnibus gentibus ad-
mirabile est visum, adeo facile perculit, ut post diem tertium,
quam Siciliam attigerat, Syracusas introierit. Ex quo intellegi 357
potest nullum esse imperium tutum nisi benevolentia munitum.
Eo tempore aberat Dionysius et in Italia classem opperiebatur 4
adversariorum, ratus neminem sine magnis copiis ad se ven-
turum. Quae res eum fefellit. Nam Dion iis ipsis, qui sub 5

bannung des Dion. — *hominis* (= Dionis) gen. obiect.

3. *Postea vero quam* = Postquam vero. — *imbueretur* fast soviel wie assuefieret.

4. Zu *neque ullum* vgl. A. B. 5. — *sobrio*, d. i. quo sobrius esset.

5. *usque eo . . . non*, bis zu dem Grade . . . nicht, d. i. 'so wenig'. Dazu gehört *ut se deiecerit*. — Zu *qui deducerent* vgl. A. B. 11. — *illuc* 'zur Sache', d. i. zum Bericht von der Vertreibung Dions.

5. Dion rüstet nun zum Kriege gegen Dionys, bemächtigt sich mit grofser Kühnheit der Stadt Syrakus und macht sich zum Herrn von Sicilien.

1. *ab eodem Dionysio* übers. nach A. B. 13ᵃ.

2. *multorum annorum* ist attributiver, *magnarum opum* (näml. esse) prädikativer genet. qualitatis; beide sind durch entsprechende Adjektive wiederzugeben. — *pauci* 'nur wenige'. — *societas* hier 'Beteiligung'. — *periculum* 'gefahrvolles Unternehmen'.

3. *odio*, der Unterthanen gegen ihren Tyrannen. — *quinquaginta annorum* (gen. qual., wird ebenfalls Adjektiv) *imperium* ist Objekt zu dem Supinum *oppugnatum*; *profectus* löse durch Koordination auf (A. B. 18ᵇ) und verbinde den Relativsatz *quod . . . est visum* mit *adeo facile perculit*. — *post diem tertium quam* = die tertio, postquam. — *nullum nisi* A. B. 6.

4. *ad se*, hier feindlich 'an ihn heran, auf ihn los'.

5. *Quae* = Sed ea (A. B. 10). — *iis ipsis*, abl. instr., wie bei Truppenbezeichnungen: die Personen sind

adversarii fuerant potestate, regios spiritus repressit totiusque
eius partis Siciliae potitus est, quae sub Dionysii fuerat po-
testate, parique modo urbis Syracusarum praeter arcem et in-
6 sulam adiunctam oppido; eoque rem perduxit, ut talibus pac-
tionibus pacem tyrannus facere vellet: Siciliam Dion obtineret,
Italiam Dionysius, Syracusas Apollocrătes, cui maximam fidem
uni habebat Dionysius.***

6. Has tam prosperas tamque inopinatas res consecuta
est subita commutatio, quod fortuna sua mobilitate, quem
paulo ante extulerat, demergere est adorta. Primum in filio,
2 de quo commemoravi supra, suam vim exercuit. Nam cum
uxorem reduxisset, quae alii fuerat tradita, filiumque vellet
revocare ad virtutem a perdita luxuria, accepit gravissimum
3 parens vulnus morte filii. Deinde orta dissensio est inter eum
et Heraclidem; qui, quod ei principatum non concedebat, fac-
tionem comparavit. Neque is minus valebat apud optimates,
quorum consensu praeerat classi, cum Dion exercitum pede-
4 strem teneret. Non tulit hoc animo aequo Dion et versum
illum Homēri rettulit ex secunda rhapsodia, in quo haec sen-
tentia est: non posse bene geri rem publicam multorum im-
periis. Quod dictum magna invidia consecuta est; namque
5 aperuisse videbatur omnia in sua potestate esse velle. Hanc
ille non lenire obsequio, sed acerbitate opprimere studuit
Heraclidemque, cum Syracusas venisset, interficiundum curavit.

als bloſse Werkzeuge betrachtet. — *regios* = tyranni; *spiritus* (das an unser 'aufgeblasen' erinnert) 'Hochmut'. — *potitus est* mit Genetiv statt des sonst gebräuchl. Ablativs. — *insulam*, Namens Ortygia (oder Nasos), auf der auſser der Burg die 'Altstadt' lag.

6. *vellet*: der Friede kam aber nicht zustande und Dionys wurde vertrieben (356 v. Chr.). Es ist wahrscheinlich, daſs der Schluſs des Kapitels, der dies enthielt, ausgefallen ist. — *obtineret*, den Konjunktiv gieb durch 'solle' wieder. — *Italiam*, d. h. das Stück von Unteritalien, das zu Dionys' Herrschaft gehörte. — *Apollocrates* war ein Sohn des Dionys. — *cui uni* 'der einzige (Mensch), dem . . .'.

6. Dions Glück ist nicht von Bestand: nach dem Tode seines Sohnes entzweit er sich mit Heraclides und läſst ihn umbringen.

1. *res* 'Ereignisse'. — *mobilitate* abl. causae 'vermöge . . .' od. 'bei . . .'; *sua* 'der ihm eigentümlichen'. — *demergere*, der bildliche Ausdruck ist im D. zu ändern: 'stürzen'; ergänze hierzu eum.

2. *reduxisset* 'wieder genommen hatte'. — *perditus*, eig. verloren, sodaſs kein Heil und keine Hoffnung mehr vorhanden ist, daher 'heillos'. — *parens* 'als Vater'. — *vulnus* 'Verlust'.

3. *comparavit* 'warb'. — *concedebat*, das Tempus ist durch 'wollte' anzudeuten. — *apud optimates*: zunächst hatte allerdings, wie sich aus Kap. 7 ergiebt, Dion die Aristokraten auf seiner Seite.

4. *animo aequo*, im D. ein Wort. — *et* 'sondern'. — *rettulit* 'führte an'; *ex secunda rhapsodia*, der Ilias (Vs. 204): 'Niemals frommt Vielherrschaft im Volk; nur einer sei Herrscher!' — Zu *velle* vgl. A. B. 1f.

5. *Hanc*, näml. invidiam. — *interficiundum* (= interficiendum) *curavit* im D. 'lieſs' mit Infin.

7. Quod factum omnibus maximum timorem iniecit. Nemo enim illo interfecto se tutum putabat. Ille autem adversario remoto licentius eorum bona, quos sciebat adversus se sensisse, militibus dispertivit. Quibus divisis, cum cotidiani maximi 2
fierent sumptus, celeriter pecunia deesse coepit, neque, quo manus porrigeret, suppetebat, nisi in amicorum possessiones. Id eiusmodi erat, ut, cum milites reconciliasset, amitteret optimates. Quarum rerum cura frangebatur, et insuetus male 3
audiendi non animo aequo ferebat de se ab iis male existimari, quorum paulo ante in caelum fuerat elatus laudibus. Vulgus autem, offensa in eum militum voluntate, liberius loquebatur et tyrannum non ferendum dictitabat.

8. Haec ille intuens cum, quemadmodum sedaret, nesciret et, quorsum evaderent, timeret, Callicrătes quidam, civis Atheniensis, qui simul cum eo ex Peloponneso in Siciliam venerat, homo et callidus et ad fraudem acutus, sine ulla religione ac fide, adit ad Dionem et ait: eum magno in periculo esse propter 2
offensionem populi et odium militum, quod nullo modo evitare posset, nisi alicui suorum negotium daret, qui se simularet illi inimicum. Quem si invenisset idoneum, facile omnium animos cogniturum adversariosque sublaturum, quod inimici eius dissidenti suos sensus aperturi forent. Tali consilio 3
probato excepit has partes ipse Callicrates et se armat imprudentia Dionis; ad eum interficiundum socios conquirit, adversarios eius convenit, coniuratione confirmat. Res, multis 4

7. Durch sein Auftreten gegen Heraclides sowie durch andere Willkürmaſsregeln stieſs Dion bald seine Anhänger vor den Kopf und verscherzte die Gunst des Volkes.

1. *licentius* übersetze nach A. B. 7. — *quos sciebat* 'von denen er wuſste, daſs sie'.

2. *neque*, verbunden mit dem in *suppetebat* liegenden Subjekt, 'und nichts'; darnach *nisi*: A. B. 6; *quo* ('wonach') *porrigeret*: zur Bezeichnung des Konj. dient im D. ein Hilfszeitwort. — *Id* 'Dies Verhalten'.

3. *male audire* 'Übles (von sich) hören', d. i. 'in üblem Rufe stehen'. — *male existimare* 'Übles denken'. — *offendere* hier 'reizen'; *voluntas* Stimmung'. — *non ferendum*, näml. esse.

8. Dion geht, um sich wieder beliebt zu machen, auf einen Plan ein, der von einem heimtückischen Menschen erdacht ist, um ihn selbst zu stürzen.

1. Konstr.: *Cum ille haec intuens* (A. B. 18c) *nesciret, quemadmodum* (haec) *sedaret, et timeret* ('besorgt war'), *quorsum* (haec) *evaderent* . . . — *acutus* 'abgefeimt'.

2. *quod*, näml. periculum. — *negotium* 'Auftrag'. — *qui* 'daſs er', vgl. A. B. 11. — *inimicum*, näml. esse. — *Quem* dient zur Anknüpfung und bedarf keiner besondern Übersetzung. — *cogniturum* . . . *sublaturum*, Subjekt eum, nämlich Dion; vgl. A. B. 1f. — *dissidenti* = ei, qui (a Dione) dissideret. — *forent* für essent.

3. *partes* 'die Rolle'. — *se armat imprudentia Dionis*, d. h. er gebraucht Dions Unvorsichtigkeit als Waffe zu dessen eigenem Verderben. — *ad eum interficiundum*, im D. ein Infin. mit 'um zu'. — Zu *coniuratione* ('gegenseitige Eidesleistung') *confirmat* vgl. A. B. 1i.

4. Konstr.: *Res, quae ageretur multis consciis* (abl. abs.), *elata* (est

consciis quae ageretur, elata defertur ad Aristomachen, sororem Dionis, uxoremque Areten. Illae timore perterritae conveniunt, cuius de periculo timebant. At ille negat a Callicrate fieri sibi insidias, sed illa, quae agerentur, fieri praecepto
5 suo. Mulieres nihilo setius Callicratem in aedem Proserpinae
deducunt ac iurare cogunt nihil ab illo periculi fore Dioni. Ille hac religione non modo non est deterritus, sed ad maturandum concitatus est, verens, ne prius consilium aperiretur suum, quam cogitata perfecisset.

9. Hac mente proximo die festo, cum a conventu se remotum Dion domi teneret atque in conclavi edito recubuisset, consciis facinoris loca munitiora oppidi tradit, domum custodiis
2 saepit, a foribus qui non discedant, certos praeficit; navem
triremem armatis ornat Philostratoque, fratri suo, tradit eamque in portu agitari iubet, ut si exercere remiges vellet, cogitans, si forte consiliis obstitisset fortuna, ut haberet, qua
3 fugeret ad salutem. Suorum autem e numero Zacynthios
adulescentes quosdam eligit cum audacissimos tum viribus maximis, iisque dat negotium, ad Dionem eant inermes, sic ut conveniendi eius gratia viderentur venire. Hi propter no-
4 titiam sunt intromissi. At illi, ut limen eius intrarant, foribus
obseratis in lecto cubantem invadunt, colligant; fit strepitus,
5 adeo ut exaudiri possit foris. Hic, sicut ante saepe dictum

et) *defertur*. Der Relativsatz giebt den Grund an. — Zu *conveniunt* ergänze eum. — *cuius de periculo* 'um den sie wegen der ihm drohenden Gefahr'; eigentl.? — Vor *illa fieri* ergänze dicit (aus *negat*).

5. *Proserpinae*. Der Eid bei den unterirdischen Gottheiten galt für besonders furchtbar. — *nihil periculi* ist noch stärker als nullum periculum. — *fore* ist inf. fut. zu fieri. — *religio*, der feierliche Akt des Eides. — *verens* löse auf nach A. B. 18c.

9. An einem Festtage wird Dion von den Helfershelfern seines Gegners Callicrates in seiner Wohnung überfallen und umgebracht.

1. *conventus* hier die 'Festversammlung'. — *edito* 'im obern Teile des Hauses'. Dahin pflegte man sich zurückzuziehen, wenn man ungestört sein wollte. — *conscii facinoris*, in das Unternehmen Eingeweihte, 'Mitverschworene'. — *tradit*, Subj. Callicrates. — *domum*, näml. Dionis. — *a foribus qui non discedant* (A. B. 11) gehört zu *certos*; *praeficit* 'stellt an' als Wächter.

2. *agitare* hier 'hin- und herrudern'; vgl. dictitare, vocitare. — *ut si* 'wie wenn', 'gleich als ob'. — *cogitans, ut* = eo consilio, ut. — *haberet* (näml. navem), *qua* 'er eins hätte, um darauf', s. A. B. 11.

3. *Zacynthios*, von der Insel Zakynthos (= Zante). — *cum* ... *tum* 'nicht nur ..., sondern besonders'; zur Erleichterung der Übersetzung bilde für die beiden Attribute einen Relativsatz. — *eant*, Aufforderungssatz. — *gratia* beim Gerundivum entspricht einem Infin. mit 'um zu'. — *propter notitiam* 'als Bekannte'; eigentl.?

4. *ut intrarant* ungewöhnlich für intrarunt. — *invadunt, colligant*, was bezweckt das Asyndeton (A. B. 1¹)?

5. *Hic* Adv. 'Hierbei'. — *saepe*: soweit wir das Werk des Nepos besitzen, geschieht dies nur X 5, 3.

est, quam invisa sit singularis potentia et miseranda vita, qui se metui quam amari malunt, cuivis facile intellectu fuit. Namque illi ipsi custodes, si prompta fuissent voluntate, 6
foribus effractis servare eum potuissent, quoad illi inermes, telum foris flagitantes, vivum tenebant. Cui cum succurreret nemo, Lyco quidam Syracusanus per fenestram gladium dedit, quo Dion interfectus est.

10. Confecta caede, cum multitudo visendi gratia introisset, nonnulli ab insciis pro noxiis conciduntur. Nam celeri rumore dilato Dioni vim allatam, multi concurrerant, quibus tale facinus displicebat. Hi falsa suspicione ducti immerentes ut sceleratos occidunt. Huius de morte ut palam factum est, 2
mirabiliter vulgi mutata est voluntas. Nam qui vivum eum tyrannum vocitarant, eidem liberatorem patriae tyrannique expulsorem praedicabant. Sic subito misericordia odio successerat, ut eum suo sanguine ab Acherunte, si possent, cuperent redimere. Itaque in urbe celeberrimo loco, elatus publice, 3
sepulcri monumento donatus est. Diem obiit circiter annos 353
LV natus, quartum post annum quam ex Peloponneso in Siciliam redierat.

XI.

1. Iphicrătes Atheniensis non tam magnitudine rerum gestarum quam disciplina militari nobilitatus est. Fuit enim

— Der Fragesatz *quam invisa sit* (auffällig statt esset) ist abhängig von *facile intellectu fuit*. — Vor *qui* ergänze eorum.

6. *illi ipsi custodes*: es können nur die von Callicrates aufgestellten *custodiae* (§ 1) gemeint sein, die zwar Weisung hatten, das Haus zu bewachen, aber von der geplanten Ermordung Dions wohl nichts wufsten.

10. Sobald das Verbrechen bekannt wird, schlägt der Hafs des Volkes in lebhaftes Bedauern um, und man ehrt den Ermordeten durch ein feierliches Begräbnis.

1. *ab insciis*: sie bilden den Gegensatz zu den in § 1 genannten *conscii facinoris*. — *celeri*, im D. Adverb. — *ut sceleratos* = ut si scelerati essent.

2. *ut palam factum est* 'sobald sich die Kunde verbreitet hatte'. — *voluntas* 'die Stimmung'. — *Sic* gehört nicht zu *subito*, sondern zu *successerat*. — *Acheruns*, ältere Form für Acheron, Flufs der Unterwelt.

3. *celeberrimo* 'sehr besucht'. — *diem* (näml. supremum) *obiit* im D. ein Wort. — *quartum post annum quam* = quarto anno postquam.

---

1. Der Athener Iphicrates, dessen Thätigkeit in die erste Hälfte des 4. Jahrhunderts v. Chr. fällt, erhöhte die Schlagfertigkeit der Truppen durch Einführung einer leichtern Ausrüstung.

1. *non tam . . . quam* 'nicht sowohl . . . als vielmehr'. — *disciplina militaris* hier nicht 'Kriegszucht', sondern 'Kenntnis des Kriegswesens,

talis dux, ut non solum aetatis suae cum primis compararetur,
sed ne de maioribus natu quidem quisquam anteponeretur.
2 Multum vero in bello est versatus, saepe exercitibus praefuit;
nusquam culpa male rem gessit, semper consilio vicit tantumque eo valuit, ut multa in re militari partim nova attulerit,
3 partim meliora fecerit. Namque ille pedestria arma mutavit;
cum ante illum imperatorem maximis clipeis, brevibus hastis, minutis gladiis uterentur, ille e contrario peltam pro parma fecit (a quo postea peltastae pedites appellabantur), ut ad motus concursusque essent leviores, hastae modum duplicavit,
4 gladios longiores fecit; idem genus loricarum mutavit et pro sertis atque aëneis linteas dedit. Quo facto expeditiores milites reddidit; nam, pondere detracto, quod aeque corpus tegeret et leve esset curavit.

2. Bellum cum Thracibus gessit; Seuthem, socium Atheniensium, in regnum restituit. Apud Corinthum tanta severitate exercitui praefuit, ut nullae unquam in Graecia neque exercitatiores copiae neque magis dicto audientes fuerint duci,
2 in eamque consuetudinem adduxit, ut, cum proelii signum ab imperatore esset datum, sine ducis opera sic ordinatae consisterent, ut singuli a peritissimo imperatore dispositi vide-
3 rentur. Hoc exercitu moram Lacedaemoniorum interfecit, quod
390 maxime tota celebratum est Graecia. Iterum eodem bello omnes copias eorum fugavit; quo facto magnam adeptus est

Kriegskunst'. — *aetatis suae* ist von *primis* abhängig; ihnen stehen die *maiores natu*, Vertreter früherer Zeiten, gegenüber.

2. *eo*, näml. consilio.

3. *pedestria* = peditum. — *cum* bezeichnet den Gegensatz, 'während'. — *ante illum imperatorem* 'vor seinem Auftreten als Feldherr'. — *pelta*, ein leichter, halbmondförmiger Schild; *parma* ein schwerer, runder Schild. Beim Übersetzen sind beide Worte beizubehalten. — *fecit* 'führte ein'. — *a quo*, d. i. a qua re; doch war die pelta sowohl als auch der Name *peltastae* viel älter.

4. *idem* s. A. B. 13ª. — *sertis atque aëneis* (loricis), Ketten- und Erzpanzer, letztere aus 2 ganzen Stücken bestehend. — *linteas*, eine Art Leinwandjacken aus mehrfach übereinandergelegtem Zeuge, das mit Essig und Salz steif gemacht wurde. — *Quo facto* 'Hierdurch aber'. — (*curavit*) *quod* 'für etwas, das'; *aeque*, näml. wie die Ketten- und Erzpanzer; *et* 'und dabei'.

2. Iphicr. erzielt durch seine taktischen Neuerungen mancherlei Erfolge, sodafs man seine Fähigkeiten sogar im Auslande schätzen lernte.

1. Die chronologische Ordnung ist hier nicht streng innegehalten. Die Kriegsthaten in Thracien fallen in die Jahre 389—387, die bei Korinth 393—390 während des sog. korinthischen Krieges, der Feldzug in Ägypten 377—374. — *Seuthes*, der Freund des Alcibiades, hatte schon 424 die Regierung in Thracien angetreten. — Zu *nullae unquam* vgl. A. B. 5. — *dicto audientes* 'aufs Wort gehorsam'.

2. *in consuetudinem adduxit* (näml. copias), im D. ein Verbum. — *cum* 'wenn', s. zu VII, 1, 3.

3. *mora*, eine Abteilung des spart Fufsvolks, 400 bis 900 Mann. *Iterum* 'Ein zweites Mal'. Betone *omnes*. — *quo facto* wie oben 1, 4.

gloriam. Cum Artaxerxes Aegyptio regi bellum inferre voluit, 4
Iphicratem ab Atheniensibus ducem petivit, quem praeficeret exercitui conducticio, cuius numerus XII milium fuit. Quem quidem sic omni disciplina militari erudivit, ut, quemadmodum quondam Fabiani milites Romae, sic Iphicratenses apud Graecos in summa laude fuerint. Idem subsidio Lacedaemoniis pro- 5
fectus Epaminondae retardavit impetus. Nam nisi eius ad- 369
ventus appropinquasset, non prius Thebani Sparta abscessissent, quam captam incendio delessent.

3. Fuit autem et animo magno et corpore imperatoriaque
forma, ut ipso aspectu cuivis iniceret admirationem sui, sed 2
in labore nimis remissus parumque patiens, ut Theopompus memoriae prodidit, bonus vero civis fideque magna. Quod cum in aliis rebus declaravit tum maxime in Amyntae Macedŏnis liberis tuendis. Namque Eurydĭce, mater Perdiccae et Philippi, cum his duobus pueris Amynta mortuo ad Iphicratem
confugit eiusque opibus defensa est. Vixit ad senectutem 3
placatis in se suorum civium animis. Causam capitis semel dixit, bello sociali, simul cum Timothĕo, eoque iudicio est
absolutus. Menesthĕa filium reliquit ex Thraessa natum, Coti 4
regis filia. Is cum interrogaretur, utrum pluris, patrem matremne, faceret, 'Matrem' inquit. Id cum omnibus mirum videretur, 'At' ille 'merito' inquit 'facio. Nam pater, quantum in se fuit, Thraecem me genuit, contra ea mater Atheniensem'.

4. *Artaxerxes* II. Mnemon 405—359. — *quem praeficeret* (A. B. 11) wird ein Inf. mit 'um zu'. — *fuit* 'betrug' oder 'sich belief auf'. — *quidem* bleibt unübersetzt. — *Fabiani*. Wie es scheint, ist an Fabius Cunctator zu denken.

5. *Epaminondae impetus*, auf die Stadt Sparta. — *captam* löse auf nach A. B. 18ᵇ.

3. Einzelheiten zur Charakteristik des Iphicrates.

1. *imperatoria* 'für einen F. passend'. — *ipso* 'blofs, schon'.

2. *remissus* 'schlaff'. — Über *Theopompus* s. die Einl. — *Amyntas*, König von Macedonien, Vater Philipps und Grofsvater Alexanders des Gr. — *opibus* 'Macht'. Iphicr. stand damals (368) mit einem Heere in Thracien.

3. *placatis in se* 'ihm zugethan'; eigentlich? Die ablativi absol. sind durch 'indem' aufzulösen. — *Causam capitis*...*dixit* fast = Capitis...accusatus est. — *bello sociali*. Den Bundesgenossenkrieg führte Athen gegen Chius, Byzanz und Rhodus 357 bis 355 v. Chr. — *simul cum Timotheo*: Ausführlicheres darüber s. XIII 3.

4. *Menesthea*, griech. Accus. von *Menestheus*. — *Thraessa*, Femin. zu *Thraex*, einer Nebenform von *Thrax*; *ex* bei *nasci* 'von'. — *Coti*: der Name lautet eigentlich *Cotys*, woraus die Römer *Cotus* machten. — *utrum* 'wen von beiden'. — *quantum in se fuit* 'soviel an ihm lag'. Denn durch seine Verheiratung mit einer Thracierin bewirkte er, dafs sein Sohn von mütterlicher Seite ein Thracier wurde. — *in se*: die Regel forderte in eo. — *contra ea* Adv. 'hingegen'.

XII.

1. Chabrĭas Atheniensis. Hic quoque in summis habitus est ducibus resque multas memoria dignas gessit. Sed ex his
378 elucet maxime inventum eius in proelio, quod apud Thebas
2 fecit, cum Boeotiis subsidio venisset. Namque in eo victoria fidentem videns summum ducem Agesilāum, fugatis iam ab eo conducticiis catervis, reliquam phalangem loco vetuit cedere, obnixoque genu scuto proiecta hasta impetum excipere hostium docuit. Id novum Agesilaus contuens progredi non est ausus
3 suosque iam incurrentes tuba revocavit. Hoc usque eo tota Graecia fama celebratum est, ut illo statu Chabrias sibi statuam fieri voluerit, quae publice ei ab Atheniensibus in foro constituta est. Ex quo factum est, ut postea athletae ceterique artifices iis statibus in statuis ponendis uterentur, quibus victoriam essent adepti.

2. Chabrias autem multa in Europa bella administravit, cum dux Atheniensium esset; in Aegypto sua sponte gessit.
377 Nam Nectenĕbin adiutum profectus regnum ei constituit.
2 Fecit idem Cypri, sed publice ab Atheniensibus Euagŏrae adiutor datus, neque prius inde discessit, quam totam insulam
388 bello devinceret; qua ex re Athenienses magnam gloriam sunt
3 adepti. Interim bellum inter Aegyptios et Persas conflatum est. Athenienses cum Artaxerxe societatem habebant, Lace-

1. Der Athener Chabrias erregt durch Anwendung einer bisher unbekannten Stellung der Kämpfenden allgemeines Aufsehen.

1. *habitus est in* 'ward gerechnet unter . . .'. — *inventum eius* = id, quod ab eo inventum est.

2. *fugatis . . . catervis* begründet die Zuversicht des Ages. — *reliquam* 'die allein übrige', d. i. die bei der Flucht der Mietstruppen allein stehen geblieben war. — *obnixo genu* abl. absol., *scuto* Dativ 'gegen d. S.'. Sie mufsten sich auf das rechte Knie niederlassen, gegen das linke vorgebogene aber den Schild stemmen, den sie am linken Arm trugen, und der nun den ganzen Körper gegen den Feind deckte. — *proicere* 'fällen'. — *Id novum* 'Diese neue Erscheinung'. — *suosque*: *que* 'sondern'. — *incurrentes*, näml. in hostem. — *revocavit* im D. 'liefs' mit Inf.

3. *fama celebratum est* 'wurde gepriesen und gefeiert'; eigentl.? — *in statuis ponendis* = si sibi statuae ponerentur.

2. Auch in Ägypten und auf Cypern kämpft Chabrias mit gutem Erfolge.

1. *gessit*, näml. bellum. — *adiutum* Supin. Dieser Zug fällt zwischen die beiden folgenden Unternehmungen. 376 erfocht Chabrias seinen wichtigen Sieg bei Naxus über die Lacedämonier, der hier unerwähnt bleibt. — *Nectenebin*, der Name lautet auch *Nectanăbis* XVII 8, 6.

2. Zu *Cypri* vgl. A. B. 1[d]. — *Euagoras*, König von Cypern, ward von den Athenern zum Danke für geleistete Dienste unterstützt, als er mit den Persern im Kriege lag.

3. *Artaxerxes* II. Mnemon, 405

daemonii cum Aegyptiis, a quibus magnas praedas Agesilaus,
rex eorum, faciebat. Id intuens Chabrias, cum in re nulla
Agesilao cederet, sua sponte eos adiutum profectus Aegyptiae 361
classi praefuit, pedestribus copiis Agesilaus.

3. Tum praefecti regis Persae legatos miserunt Athenas
questum, quod Chabrias adversum regem bellum gereret cum
Aegyptiis. Athenienses diem certam Chabriae praestituerunt;
quam ante domum nisi redisset, capitis se illum damnaturos
denuntiarunt. Hoc ille nuntio Athenas rediit neque ibi diutius
est moratus, quam fuit necesse. Non enim libenter erat ante 2
oculos suorum civium, quod et vivebat laute et indulgebat
sibi liberalius, quam ut invidiam vulgi posset effugere. Est 3
enim hoc commune vitium in regnis liberisque civitatibus, ut
invidia gloriae comes sit; et libenter de iis detrahunt, quos
eminere videant altius, neque animo aequo pauperes alienam
intuentur fortunam. Itaque Chabrias, quoad ei licebat, plurimum
aberat. Neque vero solus ille carebat Athenis libenter, sed 4
omnes fere principes fecerunt idem, quod tantum se ab invidia
putabant afuturos, quantum a conspectu suorum recessissent.
Itaque Conon plurimum Cypri vixit, Iphicrates in Thracia,
Timotheus Lesbi, Chares Sigēi; dissimilis quidem Chares horum
et factis et moribus, sed tamen Athenis et honoratus et potens.

4. Chabrias autem periit bello sociali tali modo. Op- 357
pugnabant Athenienses Chium. Erat in classe Chabrias pri-
vatus, sed omnes, qui in magistratu erant, auctoritate ante-
ibat, eumque magis milites quam, qui praeerant, suspiciebant.

bis 359. — *magnas praedas faciebat* hier im bildlichen Sinne 'grofsen Gewinn zog', näml. für die Dienste, die er den Ägyptern leistete. — *cederet* 'nachstehen wollte', also auch gleiche Belohnung erhalten wollte. — *profectus* löse auf nach A. B. 18[b]. — *pedestribus copiis Agesilaus*, näml. *praefuit*, wird im Deutschen ein Nebensatz mit 'während'.

3. Nach Athen zurückgerufen, sucht sich Chabrias doch möglichst bald den scheelsüchtigen Beobachtungen seiner Mitbürger wieder zu entziehen.

1. *cum* 'auf seiten der . . .'. — *quam ante nisi* = et nisi ante eam ('bis dahin'). — *Hoc nuntio* abl. causae. — *neque* 'aber nicht'.

2. *indulgebat sibi liberalius*, d. i. 'erlaubte sich zu üppigen Genufs'. — *posset* 'hätte können'.

4. *Neque vero* s. A. B. 20. — *principes* 'einflufsreiche Männer' — *tantum* . . . *quantum* 'nur soweit . . . wie'. — *suorum* 'ihrer Mitbürger'. — *Conon* (s. Vita IX), der Sieger bei Cnidus (394); *Iphicrates* (Vita XI) verbesserte (um 393) das athen. Heerwesen; *Timotheus* (Vita XIII), Conons Sohn, eroberte Samus (366); *Chares* war Zeitgenosse Philipps von Macedonien; weiteres über ihn s. XIII 3. — *horum* verbinde mit *dissimilis*. — *moribus* 'Charakter'.

4. Im Bundesgenossenkriegė stirbt Chabrias eines rühmlichen Todes vor Chius.

1. *bello sociali*, von 357 bis 355. — *privatus* bildet den Gegensatz zu denen, *qui in magistratu* (im Amte) *erant*. — Vor *qui praeerant* ergänze eos; der Relativsatz läfst sich durch ein Substantiv wiedergeben.

2 Quae res ei maturavit mortem. Nam dum primus studet
portum intrare gubernatoremque iubet eo dirigere navem, ipse
sibi perniciei fuit. Cum enim eo penetrasset, ceterae non
sunt secutae. Quo facto circumfusus hostium concursu cum
3 fortissime pugnaret, navis rostro percussa coepit sidere. Hinc
refugere cum posset, si se in mare deiecisset, quod suberat
classis Atheniensium, quae exciperet natantes, perire maluit
quam armis abiectis navem relinquere, in qua fuerat vectus.
Id ceteri facere noluerunt, qui nando in tutum pervenerunt.
At ille praestare honestam mortem existimans turpi vitae,
comminus pugnans telis hostium interfectus est.

XIII.

1. Timothĕus, Conōnis filius, Atheniensis. Hic a patre
acceptam gloriam multis auxit virtutibus. Fuit enim disertus,
impiger, laboriosus, rei militaris peritus neque minus civitatis
2 regendae. Multa huius sunt praeclare facta, sed haec maxime
364 illustria. Olynthios et Byzantios bello subegit. Samum cepit:
366 in quo oppido oppugnando superiore bello Athenienses mille
et CC talenta consumpserant, id ille sine ulla publica impensa
populo restituit. Adversus Cotum bella gessit ab eoque mille
364 et CC talenta praedae in publicum rettulit. Cyzĭcum obsidione
3 liberavit. Ariobarzāni simul cum Agesilāo auxilio profectus
366 est; a quo cum Laco pecuniam numeratam accepisset, ille
civis suos agro atque urbibus augeri maluit quam id sumere,
cuius partem domum suam ferre posset. Itaque accepit Crithōten et Sestum.

2. *Quo facto* usw. Ordne: Et *cum* hoc *facto* ('infolgedessen'). — *rostro* 'v. einem Schiffsschnabel'.

3. *cum posset* ('hätte können') Einräumungssatz. — *suberat*, d. i. in propinquo erat. — *quae exciperet*, der Konj. drückt die Bestimmung aus: 'um aufzunehmen'.

---

1. Der Athener Timotheus unternimmt mehrere erfolgreiche Feldzüge im Interesse seiner Vaterstadt.

1. *virtutes* 'Vorzüge'.

2. *praeclare facta* = praeclara facta. Bei der Aufzählung der Ereignisse ist die chronolog. Folge außer acht gelassen. — *superiore bello*: im J. 440 hatte Pericles die Insel bekriegt und erobert. — *talenta*: 1 Talent = rund 4800 Mark, vgl. zu I 7, 6. — *publica* 'aus der Staatskasse'. — *Cotum*, d. Thracierkönig Cotys; von diesem Feldzug ist sonst nichts bekannt. — *in publicum*, d. i. in die Staatskasse.

3. *Ariobarzanes*, pers. Satrap in Phrygien, hatte sich gegen Artaxerxes empört. — *Laco*, d. i. Agesilaus, der bekannte Spartanerkönig (399—358). — *numeratam* 'bares'. — Zu *civis* s. A. B. 1b. — *augeri* 'einen Zuwachs erhalten'. — *id* 'etwas'; *posset* 'hätte können'.

2. Idem classi praefectus, circumvehens Peloponnesum
Laconĭcen populatus, classem eorum fugavit, Corcȳram sub 375
imperium Atheniensium redegit, sociosque idem adiunxit Epi-
rōtas, Athamānas, Chaŏnas omnesque eas gentes, quae mare
illud adiacent. Quo facto Lacedaemonii de diutina conten- 2
tione destiterunt et sua sponte Atheniensibus imperii maritimi
principatum concesserunt pacemque iis legibus constituerunt,
ut Athenienses mari duces essent. Quae victoria tantae fuit
Atticis laetitiae, ut tum primum arae Paci publice sint factae
eique deae pulvinar sit institutum. Cuius laudis ut memoria 3
maneret, Timotheo publice statuam in foro posuerunt. Qui
honos huic uni ante id tempus contigit, ut, cum patri populus
statuam posuisset, filio quoque daret. Sic iuxta posita recens
filii veterem patris renovavit memoriam.

3. Hic cum esset magno natu et magistratus gerere de-
sisset, bello Athenienses undique premi sunt coepti. Defecerat
Samus, descierat Hellespontus, Philippus, iam tum valens,
multa moliebatur; cui oppositus Chares cum esset, non satis
in eo praesidii putabatur. Fit Menestheus praetor, filius Iphi- 2
crătis, gener Timothei, et ut ad bellum proficiscatur, decer-
nitur. Huic in consilium dantur viri duo usu sapientiaque

2. Durch Überwindung der Lacedämonier verhilft Tim. den Athenern (375) aufs neue zur Hegemonie und wird dafür in besonderer Weise geehrt.

1. *classi praefectus*: als ursprüngliches Partizip ist *praefectus* hier mit dem Dativ verbunden. — *populatus* löse auf nach A. B. 18[b]; aus *Laconicen* ergiebt sich, wer mit *eorum* gemeint ist. — *idem* s. A. B. 13[a] — *Athamanas*, *Chaonas* sind Accusative mit griech. Endung.

2. *imperii maritimi principatum*: den Vorrang zur See hatten die Athener durch den unglücklichen Ausgang des peloponn. Krieges verloren, waren aber seitdem unablässig bemüht gewesen, ihn wieder zu gewinnen. — *legibus* 'Bedingungen'. — *Atticis* = Atheniensibus. — *pulvinar* 'ein Polster', worauf die Bildnisse der Götter und die ihnen dargebrachten Opfergaben bei feierlichen Gelegenheiten gesetzt wurden.

3. *laudis* 'Verdienst'. — *huic uni ante id tempus*, im D. mit freierer Konstr.: 'er war bis dahin der einzige, dem'. — *ut, cum* usw., konstr.: *ut populus, cum* ('obgleich') *patri statuam posuisset, filio quoque daret* (statuam, 'eine'). — *iuxta posita recens filii*, näml. statua.

3. In hohem Alter wird Tim. von Chares der Pflichtvergessenheit beschuldigt und deshalb von den Athenern verurteilt.

1. Das in diesem Kap. Erzählte begab sich im Bundesgenossenkriege (357—355). Samus aber war nicht selbst abgefallen, sondern wurde von den abgefallenen Bundesgenossen belagert. — *magno natu* 'hochbetagt'. — *premi sunt coepti*, im D. aktiv. Wendung mit 'man'. — *Hellespontus*, d. h. der benachbarte Küstenstrich; vorzugsweise ist an Byzanz zu denken. — *Philippus*, der König von Macedonien (359—336). — *moliebatur*, hier in feindlichem Sinne, 'führte im Schilde'. — *non satis praesidii putabatur in eo* 'man glaubte keinen hinreichenden Schutz an ihm zu haben'.

2. *Iphicrates* (s. Vita XI), berühmt als Verbesserer des athen. Heerwesens (um 393). — *in consilium* 'als Berater' — *usus* 'Erfahrung'

praestantes, pater et socer, quod in his tanta erat auctoritas,
3 ut magna spes esset per eos amissa posse recuperari. Hi cum Samum profecti essent et eodem Chares illorum adventu cognito cum suis copiis proficisceretur, ne quid absente se gestum videretur, accidit, cum ad insulam appropinquarent, ut magna tempestas oreretur; quam evitare duo veteres im-
4 peratores utile arbitrati suam classem suppresserunt. At ille temeraria usus ratione non cessit maiorum natu auctoritati, velut in sua manu esset fortūna. Quo contenderat pervenit, eodemque ut sequerentur, ad Timotheum et Iphicratem nuntium misit. Hinc, male re gesta, compluribus amissis navibus, eo, unde erat profectus, se recepit litterasque Athenas publice misit, sibi proclive fuisse Samum capere, nisi a Timotheo et
5 Iphicrate desertus esset. Populus acer, suspicax ob eamque rem nobilibus adversarius, invidus etiam potentiae eorum, qui in crimen vocabantur, domum revocat: accusantur proditionis. Hoc iudicio damnatur Timotheus, lisque eius aestimatur centum talentis. Ille odio ingratae civitatis Chalcĭdem se
354 contulit.

4. Huius post mortem cum populum iudicii sui paeniteret, multae novem partis detraxit et decem talenta Cononem, filium eius, ad muri quandam partem reficiendam iussit dare. In quo fortunae varietas est animadversa. Nam quos avus muros ex hostium praeda patriae restituerat, eosdem nepos cum summa ignominia familiae ex sua re familiari reficere coactus est.
2 Timothei autem moderatae sapientisque vitae cum pleraque possimus proferre testimonia, uno erimus contenti, quod ex eo

— *in his erat* 'sie genossen'; eigentl.?

3. Zu *ne quid* vgl. A. B. 5. — *classem supprimere* 'die Fl. in ihrem Laufe anhalten' oder 'mit ihr beilegen'. Betone *suam* im Gegensatze zu der des Chares.

4. *temeraria uti ratione* 'tollkühn zu Werke gehen'. — *auctoritati* 'dem Willen'. — *Quo contenderat* 'an sein Ziel'; eigentl.? — Konstr.: et (für *que*) *nuntium misit ad Tim. et Iph., ut eodem sequerentur*. — *male re gesta* löse durch 'nachdem', *compl. amissis navibus* durch 'indem' auf. — *litteras publice misit* 'erstattete amtlich Bericht'.

5. *acer* hier 'leidenschaftlich'. — *revocat*, näml. eos. — *lis aestimatur* 'die Strafe wird festgesetzt auf . . .'; über *talentum* s. zu 1, 2. — *ingratae civitatis*, gen. obiectivus.

4. Wie beliebt Tim. war, bewies das Verhalten des Volkes nach seinem Tode, wie er denn auch schon bei seinen Lebzeiten Beweise davon erhalten hatte. — Mit Tim. schliefst die Reihe der hervorragenden athen. Feldherrn.

1. *Huius post mortem*, er starb noch im Jahre 354. — *multae* vom Subst. multa! — Über *partis* vgl. A. B. 1b. — *In quo* 'Und hierbei'. — *quos muros . . ., eosdem* = eosdem muros, quos. — Über den *avus* (Conon), der nach der Schlacht bei Cnidus (394) die Mauern Athens herstellte, vgl. die IX. Vita. — *cum* 'zu', vgl. I 7, 4 *magna cum offensione*.

2. *cum . . . possimus*, Einräumungssatz. — *pleraque* hier 'sehr viele'.

facile conici poterit, quam carus suis fuerit. Cum Athenis
adulescentulus causam diceret, non solum amici privatique
hospites ad eum defendendum convenerunt, sed etiam in iis
Iason, tyrannus Thessaliae, qui illo tempore fuit omnium
potentissimus. Hic cum in patria sine satellitibus se tutum 3
non arbitraretur, Athenas sine ullo praesidio venit tantique
hospitem fecit, ut mallet ipse capitis periculum adire quam
Timotheo de fama dimicanti deesse. Hunc adversus tamen
Timotheus postea populi iussu bellum gessit; patriae sanctiora
iura quam hospitii esse duxit.

Haec extrema fuit aetas imperatorum Atheniensium, Iphi- 4
cratis, Chabriae, Timothei; neque post illorum obitum quis-
quam dux in illa urbe fuit dignus memoria. Venio nunc ad 5
fortissimum virum maximique consilii omnium barbarorum
exceptis duobus Carthaginiensibus, Hamilcăre et Hannibăle.
De quo hoc plura referemus, quod et obscuriora sunt eius 6
gesta pleraque, et ea, quae prospere ei cesserunt, non magni-
tudine copiarum, sed consilii, quo tum omnes superabat, acci-
derunt; quorum nisi ratio explicata fuerit, res apparere non
poterunt.

XIV.

1. Datămes, patre Camisăre, natione Care, matre Scythissa natus, primum in militum numero fuit apud Artaxerxem eorum, qui regiam tuebantur. Pater eius Camisares, quod et manu fortis et bello strenuus et regi multis locis fidelis erat

— *adulescentulus* 'als . . .'. — *causam dicere* 'angeklagt sein'. — *privati hospites* 'Freunde aus dem Privatstande'. — *Iason* von Pheră herrschte 378—370.

3. *cum* 'während'. — *de fama* 'um seine Ehre', die durch die Anklage gefährdet war. — *deesse* 'ferne bleiben', d. h. seinen Beistand versagen. — *Hunc adversus* = Adversus hunc.

4. *Iphicratis* usw. ist Erläuterung zu *haec* ('dies'), 'nämlich das des Iph.'. — Über *Chabrias*, der 378 mit Erfolg gegen Agesilaus von Sparta kämpfte, vgl. die XII. Vita. — Zu *neque quisquam* s. A. B. 5.

5. *maximique consilii*, gen. qualit., dem Superl. *fortissimum* beigeordnet, 'und klügsten'. — *exceptis* übers. nach A. B. 18c.

6. *hoc* = eo 'um so'. — *gesta* statt res gestae. — *obscuriora*, d. i. minus nota. — *cedit mihi aliquid* 'es gelingt mir etwas, geht von statten'. — *ratio* hier 'innerer Zusammenhang'. — *explicata fuerit*, im D. genügt das Präsens. — *apparere* 'deutlich werden'.

---

1. *Datames*, ein persischer Feldherr, wird nach dem Tode seines Vaters Statthalter in Cilicien.

1. *Care*, Apposition zu *patre*. — *Scythissa* ist Eigenname. — *Artaxerxes* II. Mnemon 405—359. — *multis locis* 'bei vielen Gelegenheiten'.

repertus, habuit provinciam partem Ciliciae iuxta Cappado-
2 ciam, quam incolunt Leucosȳri. Datames militare munus
382 fungens primum, qualis esset, aperuit in bello, quod rex adversus Cadusios gessit. Namque hic magni fuit eius opera. Quo factum est, cum in eo bello cecidisset Camisares, ut paterna ei traderetur provincia.

2. Pari se virtute postea praebuit, cum Autophrodātes iussu regis bello persequeretur eos, qui defecerant. Namque huius opera hostes, cum castra iam intrassent multis milibus regiorum interfectis, profligati sunt, exercitusque reliquus conservatus regis est. Qua ex re maioribus rebus praeesse coepit.
2 Erat eo tempore Thuys, dynastes Paphlagoniae, antiquo genere, ortus a Pylaemĕne illo, quem Homērus Troico bello a Patrŏclo
3 interfectum ait. Is regi dicto audiens non erat. Quam ob causam bello eum persequi constituit eique rei praefecit Datamen, propinquum Paphlagŏnis: namque ex fratre et sorore erant nati. Quam ob causam Datames primum experiri voluit, ut sine armis propinquum ad officium reduceret. Ad quem cum venisset sine praesidio, quod ab amico nullas vereretur
4 insidias, paene interiit. Nam Thuys eum clam interficere voluit. Erat mater cum Datame, amita Paphlagonis. Ea, quid ageretur, resciit filiumque monuit. Ille fuga periculum evitavit bel-
5 lumque indixit Thuȳni. In quo cum ab Ariobarzāne, praefecto Lydiae et Ioniae totiusque Phrygiae, desertus esset, nihilo segnius perseveravit vivumque Thuym cepit cum uxore et liberis.

3. Cuius facti ne prius fama ad regem quam ipse perveniret, dedit operam. Itaque omnibus insciis eo, ubi erat rex, venit posteroque die Thuym, hominem maximi corporis terribilique facie, quod et niger et capillo longo barbaque

2. *fungi* mit dem Accus. ist ungewöhnlich. — *magni*, gen. pretii.

2. Datames zieht im Auftrage des Königs gegen Thuys, den Beherrscher von Paphlagonien, zu Felde und nimmt ihn gefangen.

1. *pari virtute*, abl. qualit. — *Autophrodates* war Statthalter in Lydien. — *Qua ex re* 'Infolge davon'. — *rebus* 'Unternehmungen'.

2. *Erat* 'Es lebte'. — *a* bei *ortus* bezeichnet die entferntere Abstammung. — Von *Pylaemenes*, dem mit den Trojanern verbündeten König der Paphlagonier, erzählt Homer in der Ilias, daſs er von Menelaus getötet worden sei.

3. *ei rei praefecit* 'betraute damit'. — *Datamen* ist griech. Accusativform. — *ex fratre et sorore*, also Geschwisterkinder, und zwar war Thuys des Bruders, Dat. der Schwester Sohn, vgl. § 4. — *quod ... vereretur*, Gedanke des Dat.; übers. 'weil er zu fürchten hätte'. — *paene interiit*, im D. Konj. des Plusquampf.

4. *agere* hier 'planen', *monere* 'warnen'.

5. *cum ... desertus esset*, Einräumungssatz. — *nihilo segnius*, eigentlich? Im D. besser affirmativ 'ebenso eifrig'.

3. Der Gefangene wird dem König in höchst sonderbarem Aufzuge vorgeführt, Datames aber aufs neue geehrt und befördert.

1. *omnibus insciis* 'ohne daſs jemand darum wuſste'. — *niger*

erat promissa, optima veste texit, quam satrapae regii gerere consuērant; ornavit etiam torque atque armillis aureis ceteroque regio cultu; ipse agresti duplici amiculo circumdatus hirta- 2
que tunica, gerens in capite galeam venatoriam, dextra manu clavam, sinistra copulam, vinctum ante se Thuȳnem agebat, ut si feram bestiam captam duceret. Quae cum omnes con- 3
spicerent propter novitatem ornatus ignotamque formam ob eamque rem magnus esset concursus, fuit nonnemo, qui agnosceret Thuym regique nuntiaret. Primo non accredidit: 4
itaque Pharnabāzum misit exploratum. A quo ut rem gestam comperit, statim admitti iussit, magnopere delectatus cum facto tum ornatu, in primis quod nobilis rex in potestatem inopinanti venerat. Itaque magnifice Datamen donatum ad 5
exercitum misit, qui tum contrahebatur duce Pharnabāzo et Tithrauste ad bellum Aegyptium, parique eum atque illos imperio esse iussit. Postea vero quam Pharnabazum rex revocavit, illi summa imperii tradita est. 379

4. Hic cum maximo studio compararet exercitum Aegyptumque proficisci pararet, subito a rege litterae sunt ei missae, ut Aspim adgrederetur, qui Cataoniam tenebat; quae gens iacet supra Ciliciam confinis Cappadociae. Namque Aspis, 2
saltuosam regionem castellisque munitam incolens, non solum imperio regis non parebat, sed etiam finitimas regiones vexabat et, quae regi portarentur, abripiebat. Datames, etsi longe 3
aberat ab his regionibus et a maiore re abstrahebatur, tamen regis voluntati morem gerendum putavit. Itaque cum paucis, sed viris fortibus navem conscendit existimans, quod accidit, facilius se imprudentem parva manu oppressurum quam paratum quamvis magno exercitu. Hac delatus in Ciliciam, egressus inde 4
dies noctesque iter faciens, Taurum transiit eoque, quo studue-

von dunkler Hautfarbe. — *aureis* ist auch zu *torque* zu denken.

2. *gerens* kann unübers. bleiben — *Thuynem*, Nebenform zu *Thuym*.

3. *conspicerent* 'die Augen hierauf richteten'. — *nonnemo* 'mancher'.

4. *exploratum*, Supin. — *admitti*, Subjekt eum. — Betone *inopinanti*, nämlich ipsi; im D. Adverb.

5. *duce*, gegen die Regel im Singular. — Über (*pari*) *atque* vgl. A. B. 8. — *Postea vero quam* = Postquam vero.

4. Auch Aspis, der dem Könige den Gehorsam weigert, wird von Dat. besiegt und gefangen genommen.

1. *Aegyptum*, über den bloſsen Accus. vgl. A. B. 1°. — *parare* m. Inf. 'sich anschicken'. — *quae gens*, auf *Cataonia* bezogen.

2. *portarentur*, der Konjunktiv drückt die Bestimmung aus: 'sollte'. — Er fing die Sendungen ab, die auf der 'Königsstraſse'. die von Sardes nach Susa führte. an den König gingen.

3. *quod accidit* bestätigt im voraus den Erfolg des Planes; schiebe daher 'auch wirklich' ein. — *imprudentem* hier = nihil providentem 'nichts vermutend'. — *quamvis* beim Positiv von Adjektiven heiſst 'noch so'; eigentlich: wie sehr du willst.

4. *Hac*, näml. nave. — *inde*, d. i. von Cilicien. — *iter faciens*: im D. ein Wort; *dies noctesque*, im D.

rat, venit. Quaerit, quibus locis sit Aspis, cognoscit haud longe abesse profectumque eum venatum. Quae dum speculatur, adventus eius causa cognoscitur. Pisĭdas cum eis, quos secum
5 habebat, ad resistendum Aspis comparat. Id Datames ubi audivit, arma sumit, suos sequi iubet; ipse equo concitato ad hostem vehitur. Quem procul Aspis conspiciens ad se ferentem, pertimescit atque a conatu resistendi deterritus sese dedidit. Hunc Datames vinctum ad regem ducendum tradit Mithridāti.

5. Haec dum geruntur, Artaxerxes reminiscens, a quanto bello ad quam parvam rem principem ducum misisset, se ipse reprehendit et nuntium ad exercitum Acen misit, quod nondum Datamen profectum putabat, qui diceret, ne ab exercitu discederet. Hic priusquam perveniret, quo erat profectus, in
2 itinere convenit, qui Aspim ducebant. Qua celeritate cum magnam benevolentiam regis Datames consecutus esset, non minorem invidiam aulicorum excepit, quod illum unum pluris quam se omnes fieri videbant. Quo facto cuncti ad eum
3 opprimendum consenserunt. Haec Pandantes, gazae custos regiae, amicus Datami, perscripta ei mittit, in quibus docet eum in magno fore periculo, si quid illo imperante adversi in
4 Aegypto accidisset. Namque eam esse consuetudinem regiam, ut casus adversos hominibus tribuant, secundos fortunae suae; quo fieri, ut facile impellantur ad eorum perniciem, quorum ductu res male gestae nuntientur. Illum hoc maiore fore in discrimine, quod, quibus rex maxime oboediat, eos habeat
5 inimicissimos. Talibus ille litteris cognitis, cum iam ad exercitum Acen venisset, quod non ignorabat ea vere scripta, desciscere a rege constituit. Neque tamen quicquam fecit, quod

der Singular. — *quo studuerat* 'an sein Ziel'; eigentl.? — *venatum* Supin.

5. *iubet*, wegen des Asyndetons vgl. A. B. 1[1]. — *ad* 'auf ... los'. — Das Part. *ferens* gehört hier zu dem intransit. *ferri* 'stürzen'.

5. Da sich Dat. durch seine raschen Erfolge den Neid der Hofpartei zuzieht, beschliefst er auf die. Warnung eines Freundes hin, andere Wege einzuschlagen.

1. *a quanto bello ad quam parvam rem*, Verbindung zweier Fragesätze zu einem; im D. setze für *quam* 'so' ein. — *ne ... discederet*, abhäng. Befehlssatz. — Vor *quo* ergänze eo, ebenso vor *qui* eos.

2. *excepit* 'zog sich zu'. — *fieri* = aestimari.

3. *Haec perscripta mittit*, schickt dies aufgeschrieben, d. h. 'einen Bericht hierüber'. — Über *si quid* vgl. A. B. 5.

4. *regiam*, soviel wie regum. — Zu *secundos* vgl. A. B. 1[1]. — Betone *suae*. — *quo* = atque eo (d. i. ea re). — *hoc* = eo 'um so'. — *quorum ductu* gehört zu *gestae* 'über welche gemeldet werde, dafs unter ihrer Führung ...'. — *oboediat*, hier 'sein Ohr leihe'. — *inimicissimus*, im D. 'Feind' oder 'Gegner' mit einem Superlativ.

5. *Talibus* = His. — Konstr.: *Talibus litteris cognitis constituit ille, cum ... venisset, a rege desciscere, quod non ignorabat* ('recht wohl wufste') .... — *Neque tamen quicquam*. vgl. A. B. 5; neben *tamen*

fide sua esset indignum. Nam Mandrŏclem Magnētem exer- 6
citui praefecit; ipse cum suis in Cappadociam discedit con-
iunctamque huic Paphlagoniam occupat, celans, qua voluntate
esset in regem. Clam cum Ariobarzāne facit amicitiam, ma-
num comparat, urbes munitas suis tuendas tradit.

6. Sed haec propter hiemale tempus minus prospere pro-
cedebant. Audit Pisidas quosdam copias adversus se parare.
Filium eo Arsidaeum cum exercitu mittit: cadit in proelio adu-
lescens. Proficiscitur eo pater non ita magna cum manu,
celans, quantum vulnus accepisset, quod prius ad hostem per-
venire cupiebat, quam de male re gesta fama ad suos per-
veniret, ne cognita filii morte animi debilitarentur militum.
Quo contenderat, pervenit iisque locis castra ponit, ut neque 2
circumiri multitudine adversariorum posset neque impediri,
quominus ipse ad dimicandum manum haberet expeditam.
Erat cum eo Mithrobarzānes, socer eius, praefectus equitum. 3
Is desperatis generi rebus ad hostes transfugit. Id Datames
ut audivit, sensit, si in turbam exisset ab homine tam neces-
sario se relictum, futurum, ut ceteri idem consilium seque-
rentur. In vulgus edit: suo iussu Mithrobarzanem profectum 4
pro perfuga, quo facilius receptus interficeret hostes. Quare
relinqui eum par non esse et omnes confestim sequi. Quod
si animo strenuo fecissent, futurum, ut adversarii non possent
resistere, cum et intra vallum et foris caederentur. Hac re 5
probata exercitum educit, Mithrobarzanem persequitur; qui
tantum quod ad hostes pervenerat, cum Datames signa inferri
iubet. Pisidae nova re commoti in opinionem adducuntur per- 6
fugas mala fide compositoque fecisse, ut recepti maiori essent
calamitati. Primum eos adoriuntur. Illi cum, quid ageretur

bleibt *que* unübersetzt. — *esset* 'gewesen wäre'.

6. *coniunctam huic* 'angrenzend, benachbart'. — *Ariobarzanes*, ders. wie 2, 5.

6. Dat. zieht gegen die Pisidier und besiegt sie, indem er einen gegen seine Sache geplanten Verrat aufs geschickteste ausnützt, vollständig.

1. *haec*, die zu Ende des vorigen Kapitels erwähnten Rüstungen. — *non ita* 'nicht eben'. — *vulnus* 'Verlust'. — *animi*, im D. Singular.

2. *iis*, d. i. talibus. — *expeditam* 'verfügbar'.

3. *desperatis rebus* löse als aktiven Kausalsatz auf. — *turba*, was nachher *vulgus*. — *exisset*, im D. Imperf. — *futurum* (esse), *ut sequerentur* vertritt den einfachen inf. fut.

4. *edit* 'läfst verbreiten'. — *suo* mit Nachdruck; *pro perfuga* 'wie ein ...'. — *receptus* (ab hostibus) löse durch 'wenn' auf; *facilius* gehört zu *interficeret*. — *et omnes confestim sequi*, näml. par esse, das aus *par non esse* ergänzt werden mufs.

5. *qui tantum quod* ..., *cum* 'kaum dafs dieser ..., so'. — *signa inferre* eigentl. die Feldzeichen gegen den Feind tragen, 'zum Angriff vorgehen'.

6. *nova* hier 'unerwartet'. — *mala fide* 'treuloserweise'; *composito*, gewöhnlicher ex composito, 'auf

aut quare fieret, ignorarent, coacti sunt cum iis pugnare, ad quos transierant, ab iisque stare, quos reliquerant; quibus
7 cum neutri parcerent, celeriter sunt concisi. Reliquos Pisidas resistentis Datames invadit; primo impetu pellit, fugientis per-
8 sequitur, multos interficit, castra hostium capit. Tali consilio uno tempore et proditores perculit et hostis profligavit et, quod ad perniciem suam fuerat cogitatum, id ad salutem convertit. Quo neque acutius ullius imperatoris cogitatum neque celerius factum usquam legimus.

7. Ab hoc tamen viro Sysĭnas, maximo natu filius, desciit ad regemque transiit et de defectione patris detulit. Quo nuntio Artaxerxes commotus, quod intellegebat sibi cum viro forti ac strenuo negotium esse, qui et prius cogitare quam conari consuesset et, cum cogitasset, facere auderet,
2 Autophrodātem in Cappadociam mittit. Hic ne intrare posset, saltum, in quo Ciliciae portae sunt sitae, Datames praeoccupare studuit. Sed tam subito copias contrahere non potuit.
3 A qua re depulsus cum ea manu, quam contraxerat, locum deligit talem, ut neque circumiretur ab hostibus neque praeteriret adversarius, quin ancipitibus locis premeretur, et, si dimicare eo vellet, non multum obesse multitudo hostium suae paucitati posset.

8. Haec etsi Autophrodates videbat, tamen statim maluit congredi quam cum tantis copiis refugere aut tam diu uno
2 loco sedere. Habebat barbarorum equitum XX, peditum C milia, quos illi cardăcas appellant, eiusdemque generis III milia funditorum; praeterea Cappadŏcum VIII milia, Ar-

Verabredung'. — *cum iis* soviel wie contra eos. — *stare ab aliquo* 'auf jemandes Seite stehen, sich zu jemandem halten'. — *neutri* 'weder die einen, noch die andern'; eigentl.? Darnach müfste also Dat. seine Leute schnell von der wahren Sachlage in Kenntnis gesetzt haben.

7. Über *resistentis* u. *fugientis* vgl. A. B. 1ᵇ; ebenso nachher *hostis*.

8. *ad perniciem suam*, die Regel forderte eius. — *Quo* = Quam hoc, kann im D. nicht am Anfange des Satzes stehen; *cogitatum* 'Einfall'; *factum* 'Ausführung'.

7. Später wird Datames' eigener Sohn an seinem Vater zum Verräter, sodafs der König nun gegen ihn Truppen ins Feld schickt.

1. *maximo natu*, gewöhnlicher maximus natu. — *sibi negotium esse* 'er habe es zu thun'.

2. *Ciliciae portae*, ein Engpafs, der über den Taurus von Cilicien nach Cappadocien führt.

3. *depulsus*, d. i. prohibitus. — *circumiretur* . . . *praeteriret*, im D. füge 'konnte' zum Infinitiv. — *ancipitibus locis* 'durch das gefährliche Gelände'. — *dimicare vellet*, Subj. Datames; *eo*, näml. loco.

8. Dat. bleibt trotz der Überzahl der Feinde in allen Schlachten Sieger, läfst sich aber zuletzt bestimmen, mit dem König Frieden zu schliefsen.

1. *sedere* hier mit dem Nebenbegriff der Unthätigkeit: 'still liegen'.

2. *barbarorum*, d. i. 'an Persern'. Mit *praeterea* folgen die nichtpersischen Truppen. — *illi*, Persae; *cardacas* griech. Accus. — *eiusdem generis*, näml. cardacum.

meniorum X milia, Paphlagŏnum V milia, Phrygum X milia,
Lydorum V milia, Aspendiorum et Pisidarum circiter III milia,
Cilicum II, Captianorum totidem, ex Graecia conductorum
III, levis armaturae maximum numerum. Has adversus copias 3
spes omnis consistebat Datami in se locique natura: namque
huius partem non habebat vicesimam militum. Quibus fretus
conflixit adversariorumque multa milia concidit, cum de ipsius
exercitu non amplius hominum mille cecidisset; quam ob causam
postero die tropaeum posuit, quo loco pridie pugnatum
erat. Hinc cum castra movisset semperque inferior copiis 4
superior omnibus proeliis discederet, quod nunquam manum
consereret, nisi cum adversarios locorum angustiis clausisset
(quod perito regionum callideque cogitanti saepe accidebat),
Autophrodates, cum bellum duci maiore regis calamitate quam 5
adversariorum videret, pacem amicitiamque hortatus est, ut
cum rege in gratiam rediret. Quam ille etsi fidam non fore 6
putabat, tamen condicionem accepit seque ad Artaxerxem legatos
missurum dixit. Sic bellum, quod rex adversus Datamen
susceperat, sedatum est. Autophrodates in Phrygiam se recepit.

9. At rex, quod implacabile odium in Datamen susceperat,
postquam bello eum opprimi non posse animadvertit, insidiis
interficere studuit; quas ille plerasque evitavit. Sicut, 2
cum ei nuntiatum esset quosdam sibi insidiari, qui in amicorum
erant numero (de quibus quod inimici detulerant, neque
credendum neque neglegendum putavit), experiri voluit, verum
falsumne sibi esset relatum. Itaque eo profectus est, in quo 3
itinere futuras insidias dixerant. Sed elegit corpore ac statura
simillimum sui eique vestitum suum dedit atque eo loco
ire, quo ipse consuērat, iussit. Ipse autem ornatu vestituque

3. Konstr.: *vicesimam partem militum huius*, näml. Autophrodatis. — *Quibus*, näml. *se locique natura*. — *non amplius hominum mille* mit der in diesem Falle üblichen Auslassung von quam; *mille* ist gegen die Gewohnheit substantivisch gebraucht, wie sich auch aus *cecidisset* ergiebt. — *quo loco* st. eo loco, quo.

4. *castra movere*, von dem bisherigen Lagerplatze 'aufbrechen'. — *inferior* hier 'schwächer'; im D. füge 'obgleich' hinzu. — *quod nunquam manum consereret*, Gedanke des Datames, 'weil er (seinem Plane gemäfs) nie handgemein wurde'. — *nisi cum* 'aufser wenn'. — *locorum angustiis* = angustis locis.

5. *duci*, also nicht blofs geri! — *pacem amicitiamque hortatus est*, seltene Konstruktion, 'riet zu . . .'.

6. *Quam*, näml. *gratiam*, die Aussöhnung.

9. Dat. vereitelt einen im Auftrage des Königs gegen sein Leben unternommenen Anschlag.

1. *plerasque*, im Deutschen ein Adverbium.

2. *Sicut* 'So zum Beispiel'. — *inimici*, näml. illorum, welche vielleicht nur verleumdeten. — *verum falsumne* = utrum verum an falsum.

3. *eo . . ., in quo itinere* 'dahin, auf welchem Wege', soviel wie 'schlug er den Weg ein, auf welchem . . .'. — *simillimum sui* wird im D. Relativsatz' einen, der . . .'. — *eo loco*, näml. agminis. — *ornatu*

4 militari inter corporis custodes iter facere coepit. At insidiatores, postquam in eum locum agmen pervenit, decepti ordine atque vestitu, impetum in eum faciunt, qui suppositus erat. Praedixerat autem iis Datames, cum quibus iter faciebat, ut
5 parati essent facere, quod ipsum vidissent. Ipse, ut concurrentis insidiatores animum advertit, tela in eos coniecit. Hoc idem cum universi fecissent, priusquam pervenirent ad eum, quem aggredi volebant, confixi conciderunt.

10. Hic tamen tam callidus vir extremo tempore captus est Mithridatis, Ariobarzanis filii, dolo. Namque is pollicitus est regi se eum interfecturum, si rex permitteret, ut, quodcumque vellet, liceret impune facere, fidemque de ea re more
2 Persarum dextra dedisset. Hanc ut accepit a rege missam, copias parat et absens amicitiam cum Datame facit; regis provincias vexat, castella expugnat, magnas praedas capit, quarum partim suis dispertit, partim ad Datamen mittit; pari modo
3 complura castella ei tradit. Haec diu faciendo persuasit homini se infinitum adversus regem suscepisse bellum, cum nihilo magis, ne quam suspicionem illi praeberet insidiarum, neque colloquium eius petivit neque in conspectum venire studuit. Sic absens amicitiam gerebat, ut non beneficiis mutuis, sed communi odio, quod erga regem susceperant, contineri viderentur.

11. Id cum satis se confirmasse arbitratus est, certiorem facit Datamen tempus esse maiores exercitus parari et bellum cum ipso rege suscipi, deque ea re, si ei videretur, quo loco vellet, in colloquium veniret. Probata re colloquendi tempus

'Rüstung'; *militari* 'eines (gemeinen) Soldaten'.

4. *in eum locum*, wo die *insidiatores* versteckt waren, 'an die betreffende Stelle'. — *ordine*, durch die Reihenfolge des Zuges. — Über *cum quibus* vgl. A. B. 1^c. — *quod ipsum vidissent* (im D. Imperf.), näml. facientem.

5. *concurrentis* (A. B. 1^b) 'zum Angriff herbeieilend'; *animum advertit* = animadvertit. — *confixi conciderunt* (näml. insidiatores) stelle vor *priusquam*.

10. Um Datames endlich doch zu stürzen, erbittet sich Mithridates vom Könige die Erlaubnis, alles thun zu dürfen, was ihm zu diesem Zwecke gut scheine.

1. *extremo tempore* 'zuletzt'. — *dolo capere*, im D. ein Verbum. — *fidem* 'die Zusicherung'.

2. *Hanc*, näml. fidem. — *absens*, d. h. ohne persönlich mit ihm zusammenzukommen. — *partim* (alter Accus.) kann mit einem gen. partitivus verbunden werden. Im D. vertausche das Adv. mit dem Subst.

3. *faciendo* löse mit 'dadurch daſs' auf. — *infinitum* 'ohne Ende', d. i. 'unversöhnlich'. — *cum nihilo magis petivit*, eigentl. 'indem er jedoch um nichts mehr, d. h. ebensowenig suchte', übers.: 'ohne jedoch darum . . . zu suchen'. — Zu *ne quam* vgl. A. B. 5. — *illi*, näml. regi. — *gerebat* 'hielt'.

11. Dat. wird von Mithridates zu einer Unterredung geladen und heimtückischerweise umgebracht.

1. *parari* u. *suscipi*, im D. aktive Infinitive. — *videretur* 'gut schiene'. — *veniret*: abhäng. Aufforderungs-

sumitur locusque, quo conveniretur. Huc Mithridates cum 2
uno, cui maximam habebat fidem, ante aliquot dies venit
compluribusque locis separatim gladios obruit eaque loca diligenter notat. Ipso autem colloquii die utrique, locum qui
explorarent atque ipsos scrutarentur, mittunt; deinde ipsi sunt
congressi. Hic cum aliquamdiu in colloquio fuissent et diversi 3
discessissent, iamque procul Datames abesset, Mithridates,
priusquam ad suos perveniret, ne quam suspicionem pararet,
in eundem locum revertitur atque ibi, ubi telum erat infossum,
resedit, ut si lassitudine cuperet acquiescere, Datamenque revocavit, simulans se quiddam in colloquio esse oblitum. In- 4
terim telum, quod latebat, protulit nudatumque vagina veste
texit ac Datami venienti ait: digredientem se animadvertisse
locum quendam, qui erat in conspectu, ad castra ponenda esse
idoneum. Quem cum digito demonstraret et ille respiceret, 5
aversum ferro transfixit priusque, quam quisquam posset succurrere, interfecit. Ita ille vir, qui multos consilio, neminem 361
perfidia ceperat, simulata captus est amicitia.

XV.

1. Epaminōndas, Polymnĭdis filius, Thebanus. De hoc
priusquam scribimus, haec praecipienda videntur lectoribus,
ne alienos mores ad suos referant neve ea, quae ipsis leviora
sunt, pari modo apud ceteros fuisse arbitrentur. Scimus enim 2

satz. — *sumitur* 'wird festgesetzt'. — *quo* (Adv.) *conveniretur* 'wo die Zusammenkunft stattfinden sollte'; eigentl.?

2. *ante aliquot dies* = aliquot diebus ante. — *utrique* 'beide Parteien'. Als Objekt zu *mittunt* füge im D. 'Leute' hinzu; der dazu gehörige Relativsatz bezeichnet die Absicht ('welche . . . sollten'). — *locum*, ob nirgends ein Hinterhalt verborgen, *ipsos*, ob sie selbst ohne Waffen seien.

3. *diversi* 'nach verschiedenen Richtungen'. — *suspicionem*, als ob er sich bei den Seinigen Waffen geholt hätte.

4. *digredientem* übers. nach A. B. 18c.

5. Zu *neminem* vgl. A. B. 1[1]. — *capere* 'überlisten'.

---

1. Nach einigen einleitenden Worten über den Unterschied der römischen und der griechischen Lebensweise giebt Nepos den Inhalt der folgenden Lebensbeschreibung an.

1. *haec praecipienda videntur*, ausführlicher ist dieser Punkt schon in der Praefatio besprochen. — *ad suos referant*, eigentl. an die eigenen wie an einen Mafsstab halten, d. i. 'nach den eigenen beurteilen'.— *leviora* 'von geringerer Wichtigkeit'.

2. *enim* 'so zum Beispiel'. —

musicen nostris moribus abesse a principis persona, saltare
vero etiam in vitiis poni; quae omnia apud Graecos et grata
3 et laude digna ducuntur. Cum autem exprimere imaginem
consuetudinis atque vitae velimus Epaminondae, nihil videmur
debere praetermittere, quod pertineat ad eam declarandam.
4 Quare dicemus primum de genere eius; deinde, quibus disci-
plinis et a quibus sit eruditus; tum de moribus ingeniique
facultatibus, et si qua alia memoria digna erunt; postremo de
rebus gestis, quae a plurimis animi anteponuntur virtutibus.

2. Natus est igitur patre, quo diximus, genere honesto,
pauper iam a maioribus relictus, eruditus autem sic, ut nemo
Thebanus magis: nam et citharizare et cantare ad chordarum
sonum doctus est a Dionysio, qui non minore fuit in musicis
gloria quam Damon aut Lamprus, quorum pervulgata sunt
nomina; cantare tibiis ab Olympiodōro, saltare a Calliphrŏne.
2 At philosophiae praeceptorem habuit Lysim Tarentinum, Pytha-
gorēum; cui quidem sic fuit deditus, ut adulescens tristem ac
severum senem omnibus aequalibus suis in familiaritate ante-
posuerit; neque prius eum a se dimisit, quam in doctrinis
tanto antecessit condiscipulos, ut facile intellegi posset pari
3 modo superaturum omnes in ceteris artibus. Atque haec ad
nostram consuetudinem sunt levia et potius contemnenda; at
4 in Graecia, utique olim, magnae laudi erant. Postquam ephē-
bus est factus et palaestrae operam dare coepit, non tam
magnitudini virium servivit quam velocitati. Illam enim ad
5 athletarum usum, hanc ad belli existimabat pertinere. Itaque
exercebatur plurimum currendo et luctando ad eum finem,

musicen, griech. Accus. — *abest a* 'ist unvereinbar mit'. — *princeps* ist der 'Mann von Rang und Würden', der in irgend einem Amte die Interessen anderer wahrzunehmen hat. — *vero* steigernd 'vollends'; *etiam* 'sogar'.

3. *exprimere* 'ein genaues Bild entwerfen', gleichs. 'ausprägen'. — *debere* 'dürfen'; *videri* kann auch durch 'glauben' übersetzt werden.

4. *disciplinae* 'Lehrgegenstände'. — *a quibus*, im D. Sing. — *si qua alia* 'was etwa sonst'; eigentlich? Vgl. A. B. 5.

2. Wie Epaminondas erzogen ward.

1. *Natus est* 'Er stammte'. — *quo diximus* (eum natum esse) im D. ein Partizip. — *a maioribus* 'von seinen Voreltern her', sodafs Armut von jeher in seiner Familie forterbte. — *ut nemo* ('kein') *Thebanus magis*, näml. eruditus esset. — *Damon* und *Lamprus*: beide werden u. a. als Lehrer des Sokrates genannt.

2. *Pythagoreum* 'einen Anhänger des Pythagoras', eines griechischen Philosophen, der im 6. Jahrh. vor Chr. lebte. — *quidem* bleibt unübersetzt. — *tristem* 'düster'. — *in doctrinis* hier 'in den (philosophischen) Wissenschaften'.

3. *Atque* 'Nun . . . zwar'. — *ad* hier 'im Vergleich zu, nach'.

4. *servivit* 'legte Gewicht auf . . . . — *ad usum pertinere* 'von Bedeutung sein für . . .'; eigentl.? *usum* gehört auch zu *ad belli*.

5. *exercebatur* übersetze reflexiv. — *ad eum finem, quoad* 'so weit, dafs' gehört nur zu *luctando*. —

quoad stans complecti posset atque contendere. In armis vero
plurimum studii consumebat.

3. Ad hanc corporis firmitatem plura etiam animi bona
accesserant. Erat enim modestus, prudens, gravis, temporibus
sapienter utens, peritus belli, fortis manu, animo maximo,
adeo veritatis diligens, ut ne ioco quidem mentiretur. Idem 2
continens, clemens patiensque admirandum in modum, non
solum populi, sed etiam amicorum ferens iniurias; in primis
commissa celans, quodque interdum non minus prodest quam
diserte dicere, studiosus audiendi: ex hoc enim facillime disci
arbitrabatur. Itaque cum in circulum venisset, in quo aut de 3
re publica disputaretur aut de philosophia sermo haberetur,
nunquam inde prius discessit, quam ad finem sermo esset ad-
ductus. Paupertatem adeo facile perpessus est, ut de re 4
publica nihil praeter gloriam ceperit; amicorum in se tuendo
caruit facultatibus, fide ad alios sublevandos saepe sic usus
est, ut iudicari possit omnia ei cum amicis fuisse communia.
Nam cum aut civium suorum aliquis ab hostibus esset captus 5
aut virgo nubilis propter paupertatem collocari non posset,
amicorum consilium habebat et, quantum quisque daret, pro
facultatibus imperabat. Eamque summam cum confecerat, 6
priusquam acciperet pecuniam, adducebat eum, qui quaerebat,
ad eos, qui conferebant, eique ut ipsi numerarent faciebat, ut
ille, ad quem ea res perveniebat, sciret, quantum cuique deberet.

4. Tentata autem eius est abstinentia a Diomedonte Cy-
zicēno. Namque is rogatu Artaxerxis regis Epaminondam

stans, der Ringkampf pflegte nämlich auch dann noch fortgesetzt zu werden, wenn die Ringer am Boden lagen. Dann aber entschied weniger die Behendigkeit als die Körperstärke. — *in armis* 'auf Waffenübungen'.

3. Von den geistigen und sittlichen Vorzügen des Epaminondas.

1. *etiam* 'noch'. — *gravis* 'bedächtig'; etwas davon liegt auch in 'gravitätisch'. — *temporibus* 'die Verhältnisse'. — *fortis manu* 'persönlich tapfer'.

2. *Idem* s. A. B. 13ᵃ — *continens*, an sich haltend, indem er seine Leidenschaften beherrschte, 'Herr über sich'; *patiens* 'duldsam': dazu dient *ferens* ('indem er ...') als Erläuterung.

3. *cum* 'wenn', trotz des nachfolgenden Konjunktivs; ebenso § 5. — *de re publica* 'über Politik'.

4. *ut de re publica nihil ceperit* 'daſs er von seiner politischen Thätigkeit nichts davongetragen hat'. — *in se tuendo*, bei seiner eigenen Erhaltung, d. i. 'bei der Sorge für sich selbst'. — *carere* bezeichnet hier das freiwillige Entbehren: 'nicht in Anspruch nehmen'. — *facultatibus* 'die Mittel' = Vermögen. — Betone *fide*, nämlich *amicorum* 'ihr Vertrauen', das sie auf ihn setzten Dazu vgl. A. B. 1ⁱ.

5. *collocari* 'verheiratet werden'. — *daret*, der Konj. ist durch 'sollte wiederzugeben. — *pro* 'je nach, entsprechend'.

6. *eam summam*, näml. quam imperaverat. — *eique* usw., konstr.: et *faciebat, ut ipsi* (Nom.) *ei* (Dat.) *numerarent*. — *ut ille sciret*, Absichtssatz. — *res* 'Kapital'.

4. Insbesondere wird an einem Beispiel gezeigt, wie unzugänglich Epam. für Bestechung war.

1. *Artaxerxes* II. Mnemon 405

pecunia corrumpendum susceperat. Hic magno cum pondere
auri Thebas venit et Micȳthum adulescentulum, quem tum
Epaminondas plurimum diligebat, quinque talentis ad suam
perduxit voluntatem. Micythus Epaminondam convenit et
2 causam adventus Diomedontis ostendit. At ille Diomedonti
coram 'Nihil', inquit, 'opus est pecunia. Nam si rex ea vult,
quae Thebanis sunt utilia, gratis facere sum paratus; sin
autem contraria, non habet auri atque argenti satis. Namque
3 orbis terrarum divitias accipere nolo pro patriae caritate. Tu
quod me incognitum tentasti tuique similem existimasti, non
miror tibique ignosco; sed egredere propere, ne alios corrum-
pas, cum me non potueris. Et tu, Micythe, argentum huic
redde aut, nisi id confestim facis, ego te tradam magistratui'.
4 Hunc Diomĕdon cum rogaret, ut tuto exiret suaque, quae
attulerat, liceret efferre, 'Istud quidem', inquit, 'faciam, neque
tua causa, sed mea, ne, si tibi sit pecunia adempta, aliquis
dicat, id ad me ereptum pervenisse, quod delatum accipere
5 noluissem'. A quo cum quaesisset, quo se deduci vellet, et
ille Athenas dixisset, praesidium dedit, ut tuto perveniret.
Neque vero id satis habuit, sed etiam, ut inviolatus in navem
escenderet, per Chabriam Atheniensem, de quo supra mentio-
6 nem fecimus, effecit. Abstinentiae erit hoc satis testimonium.
Plurima quidem proferre possumus, sed modus adhibendus
est, quoniam uno hoc volumine vitam excellentium virorum
complurium concludere constituimus, quorum res separatim
multis milibus versuum complures scriptores ante nos ex-
plicarunt.

5. Fuit etiam disertus, ut nemo ei Thebanus par esset

bis 359. — *corrumpendum*, im D. Infin. mit 'zu'. — *talentis*: 1 Talent = rund 4800 Mark, vgl. I 7, 6. — *voluntatem* 'Absicht'.

2. *Diomedonti* gehört zu *inquit*; *coram* Adverb. 'ins Gesicht'. — *Nihil* steht zuweilen als stärkere Negation für non 'gar nicht, in keiner Weise'. — *accipere*, wir 'geschenkt haben'.

3. *quod*, abhäng. von *non miror*, 'dafs'. — *incognitum* löse durch einen Relativsatz auf. — *tui similem* 'für deinesgleichen'. — *potueris*, näml. corrumpere.

4. *exiret*, eigentümliche Kürze des Ausdrucks, da der in *liceret* liegende Begriff auch für *exiret* verlangt wird. — *quidem* 'allerdings'. — *neque* 'aber nicht'. — *ne aliquis*, stärker als das gewöhnliche ne quis (A. B. 5), 'damit auf keinen Fall jemand'. — *ereptum* 'als Raub'; auf ähnl. Weise übersetze auch *delatum*.

5. *quaesisset* ... *dixisset*, im D. Imperf. — *Athenas*, näml. *se velle deduci*. — *neque vero* 'aber auch nicht'. — *satis habuit* 'hielt es für genug, war damit zufrieden'. — *Chabrias*, der in Vita XII behandelte athen. Feldherr aus der 1. Hälfte des 4. Jahrh. v. Chr.

6. *Plurima*, näml. testimonia. — *possumus*, im D. der Konjunkt. — *versuum* 'Zeilen', was die eigentliche Bedeutung des Wortes ist (v. verto).

5. An drei Beispielen wird nachgewiesen, wie schlagfertig Epam. im Antworten war.

1. *nemo Thebanus* wie 2, 1. —

eloquentia, neque minus concinnus in brevitate respondendi
quam in perpetua oratione ornatus. Habuit obtrectatorem 2
Meneclīdem quendam, indidem Thebis, et adversarium in ad-
ministranda re publica, satis exercitatum in dicendo, ut Theba-
num scilicet: namque illi genti plus inest virium quam ingenii.
Is, quod in re militari florere Epaminondam videbat, hortari 3
solebat Thebanos, ut pacem bello anteferrent, ne illius im-
peratoris opera desideraretur. Huic ille 'Fallis', inquit, 'verbo
civis tuos, quod hos a bello revocas; otii enim nomine servi-
tutem concilias. Nam paritur pax bello. Itaque qui ea diu- 4
tīna volunt frui, bello exercitati esse debent. Quare si prin-
cipes Graeciae vultis esse, castris est vobis utendum, non
palaestra'. Idem ille Meneclides cum huic obiceret, quod 5
liberos non haberet neque uxorem duxisset, maximeque in-
solentiam, quod sibi Agamemnŏnis belli gloriam videretur
consecutus, 'At', ille, 'desine', inquit, 'Meneclida, de uxore mihi
exprobrare; nam nullius in ista re minus uti consilio volo'.
(Habebat enim Meneclides suspicionem adulterii.) 'Quod autem 6
me Agamemnonem aemulari putas, falleris. Namque ille cum
universa Graecia vix decem annis unam cepit urbem; ego
contra ea una urbe nostra dieque uno totam Graeciam Lace-
daemoniis fugatis liberavi.'

6. Idem cum in conventum venisset Arcădum, petens, ut societatem cum Thebanis et Argivis facerent, contraque

in brevitate respondendi 'in kurzen Antworten'; eigentl.?

2. Mit *obtrectatorem* verbinde *et adversarium* usw. — *satis* hier 'ziemlich'. — *ut Thebanum scilicet* 'für einen Thebaner nämlich', d. h. soviel es bei einem Thebaner denkbar ist. — *namque* usw., vgl. VII 11, 3 *omnes enim Boeotii magis firmitati corporis quam ingenii acumini inserviunt.*

3. *illius imperatoris opera* 'seine Thätigkeit als F.'. — *verbo* 'durch das Wort', nämlich durch das süfse Wort Friede oder Ruhe. Daher dann *otii nomine*. — Über *civis* vgl. A. B. 1b. — *quod* 'wenn' oder 'sofern'.

4. *diutīna*, im D. adv. 'auf die Dauer'. — *Quare*, hiermit wendet er sich an die Thebaner. — *uti*, hier 'sich abgeben mit'.

5. *Idem ille* usw. Der Nachsatz beginnt mit *ille inquit*. — *non*, im D. 'keine'. — *uxorem duxisset* ein Wort! — *insolentiam*, nämlich *obiceret*. — *sibi videretur* 'sich dünkte'. — *Meneclida*, Vokativ. — *nullius consilio uti* 'von niemand Rat annehmen' — *habebat* 'stand im...'.

6. *Quod* 'was das anlangt, dafs' oder blofs 'wenn'. — *falleris*, reflexiv. — *cum universa Graecia* 'im Bunde mit...'. — *contra ea* 'dagegen'. — *Lacedaemoniis fugatis*, in der Schlacht bei Leuktra, 371.

6. An zwei andern Beispielen wird gezeigt, welchen Eindruck Epam. durch längere Reden hervorzurufen imstande war.

1. *Idem cum* usw. Der Nachsatz dieser für unser Empfinden zu lang ausgedehnten Periode beginnt erst mit § 3, wo deshalb das Subjekt *idem* durch *Epaminondas* wieder aufgenommen wird. Bei der Übersetzung empfiehlt es sich, den Nachsatz (unter Weglassung von *que*) schon bei *contra* beginnen zu lassen und den eigentlichen Nachsatz in § 3 als selbständigen Hauptsatz

Callistrătus, Atheniensium legatus, qui eloquentia omnes eo
praestabat tempore, postularet, ut potius amicitiam seque-
rentur Atticorum, et in oratione sua multa invectus esset in
2 Thebanos et Argivos, in iisque hoc posuisset, animum adver-
tere debere Arcades, qualis utraque civitas civis procreasset,
ex quibus de ceteris possent iudicare; Argivos enim fuisse
Orestem et Alcmaeŏnem matricidas, Thebis Oedĭpum natum,
qui cum patrem suum interfecisset, ex matre liberos pro-
3 creasset: huic in respondendo Epaminondas, cum de ceteris
perorasset, postquam ad illa duo opprobria pervenit, admirari
se dixit stultitiam rhetoris Attici, qui non animadverterit in-
nocentes illos natos domi, scelere admisso cum patria essent
4 expulsi, receptos esse ab Atheniensibus. Sed maxime eius
eloquentia eluxit Spartae ante pugnam Leuctricam. Quo cum
omnium sociorum convenissent legati, coram frequentissimo
conventu sic Lacedaemoniorum tyrannidem coarguit, ut non
minus illa oratione opes eorum concusserit quam Leuctrica
pugna. Tum enim perfecit, quod post apparuit, ut auxilio
sociorum privarentur.

7. Fuisse patientem suorumque iniurias ferentem civium,
quod se patriae irasci nefas esse duceret, haec sunt testimonia.
Cum eum propter invidiam cives sui praeficere exercitui no-
luissent, duxque esset delectus belli imperitus, cuius errore
res eo esset deducta, ut omnes de salute pertimescerent, quod
locorum angustiis clausi ab hostibus obsidebantur, desiderari
coepta est Epaminondae diligentia; erat enim ibi privatus
2 numero militis. A quo cum peterent opem, nullam adhibuit

zu behandeln. — *omnes praestabat* ungewöhnlich statt omnibus pr. — *amicitiam sequi* 'Freundschaft halten mit'. — *multa* (Neutr. Pl.), im D. adv. 'vielfach'.

2. *qualis civis*, vgl. A. B. 1[b]. — *ex quibus* 'nach denen', eigentlich: von welchen ausgehend. — *Orestes* tötete seine Mutter Klytämnestra, weil sie seinen Vater Agamemnon ermordet hatte, *Alcmaeon* seine Mutter Eriphyle wegen ihres Verrates an seinem Vater Amphiarāus. Der Vater des *Oedipus* hiefs Laïos, die Mutter Iokaste. — *ex matre* 'mit seiner Mutter'.

3. *de ceteris*, d. i. über die übrigen Punkte. — *innocentes*, im D. füge 'Kinder' hinzu; *natos* aufzulösen nach A. B. 18[b].

4. *Quo*, im D. 'Dort'. — *post* = postea.

8. Auch in hohem Grade selbstlos war Epam.; so unterdrückte er nicht nur im Augenblicke der Gefahr seinen Groll über die unbillige Zurücksetzung, sondern wagte es auch unter Gefahr seines Lebens zum Besten des Vaterlandes den Gesetzen zu trotzen.

1. *Fuisse*, Subj. eum. — *ferentem* 'fähig, zu ertragen'. — *duceret*: dem Konj. entspricht im D. hinzugefügtes 'vielleicht' oder 'mochte'. — Vor *haec sunt* ergänze 'dafür'. — Über *sui* vgl. A. B. 1[e]. — *res eo deducitur* 'es kommt dahin'. — *locorum* 'des Geländes'. — *desiderari coepta est*, im D. aktiv. mit 'man'. — *privatus* 'ohne Amt'; *numero* 'in der Eigenschaft' oder blofs 'als'.

2. *nullam adhibuit memoriam* 'unterdrückte die Erinnerung an . . .'; eigentlich?

memoriam contumeliae et exercitum obsidione liberatum domum 368
reduxit incolumem. Nec vero hoc semel fecit, sed saepius. 3
Maxime autem fuit illustre, cum Peloponnesum exercitum 369
duxisset adversus Lacedaemonios haberetque collegas duos,
quorum alter erat Pelopĭdas, vir fortis ac strenuus. Hi cum
criminibus adversariorum omnes in invidiam venissent ob
eamque rem imperium iis esset abrogatum atque in eorum
locum alii praetores successissent, Epaminondas populiscito 4
non paruit, idemque ut facerent persuasit collegis, et bellum,
quod susceperat, gessit. Namque animadvertebat, nisi id fecisset,
totum exercitum propter praetorum imprudentiam inscitiamque
belli periturum. Lex erat Thebis, quae morte mul- 5
tabat, si quis imperium diutius retinuisset, quam lege praefinitum
foret. Hanc Epaminondas cum rei publicae conservandae
causa latam videret, ad perniciem civitatis conferri
noluit et quattuor mensibus diutius, quam populus iusserat,
gessit imperium.

8. Postquam domum reditum est, collegae eius hoc crimine
accusabantur. Quibus ille permisit, ut omnem causam in se 369
transferrent suaque opera factum contenderent, ut legi non
oboedirent. Qua defensione illis periculo liberatis nemo Epaminondam
responsurum putabat, quod, quid diceret, non haberet.
At ille in iudicium venit, nihil eorum negavit, quae adversarii 2
crimini dabant, omniaque, quae collegae dixerant, confessus
est neque recusavit, quo minus legis poenam subiret; sed unum
ab iis petivit, ut in sepulcro suo inscriberent: 'Epaminondas a 3
Thebanis morte multatus est, quod eos coëgit apud Leuctra
superare Lacedaemonios, quos ante se imperatorem nemo

3. *Nec vero*: A. B. 20; zu *semel* füge 'nur' hinzu. — *hoc*, dafs er die Beleidigungen seiner Mitbürger vergafs. — *illustre* 'ruhmvoll'; Subjekt ist der Nebensatz mit *cum*. — Zu *Peloponnesum* s. A. B. 1[d].

4. Konstr.: *persuasitque collegis, ut idem facerent*. — Über *fecisset* vgl. A. B. 16. — *inscitia belli* 'Ungeschicklichkeit im Kriege'.

5. *multabat* hier nur 'drohte'. — Über *si quis* vgl. A. B. 5. — *foret* = esset. — *conferri*, als Subj. ist *hanc legem* zu denken: 'dafs es angewandt werde'. — *quattuor mensibus*, Abl. auf die Frage: um wie viel?

8. Vor Gericht nimmt Epam die Schuld allein auf sich und erzielt durch launigen Hinweis auf seine Verdienste ehrenvolle Freisprechung.

1. *reditum est*, im D. aktiv. mit 'man'. — *accusabantur*, das Imperf. gieb durch 'sollten' wieder. — *causam* 'die Sache'. — *sua opera* 'auf seine Veranlassung'. — *responsurum* 'sich verantworten'. Sie glaubten also, er werde gar nicht vor Gericht erscheinen. — *non habeo, quid dicam* 'ich weifs nicht, was ich sagen soll'.

2. *legis* wird im D. Adjekt. — *ab iis*, näml. iudicibus, was aus *iudicium* zu entnehmen ist.

3. Die Schlacht bei Leuktra gehörte genau genommen nicht hierher, weil sie nicht erst 369 geschlagen wurde. Doch war sie des Epam. ausgezeichnetste und für sein Vaterland folgenreichste Waffenthat. — *ante se imperatorem* 'vor seinem Auftreten als F.'. Für *ante*

4 Boeotorum ausus est aspicere in acie, quodque uno proelio non solum Thebas ab interitu retraxit, sed etiam universam Graeciam in libertatem vindicavit eoque res utrorumque perduxit, ut Thebani Spartam oppugnarent, Lacedaemonii satis
5 haberent, si salvi esse possent, neque prius bellare destitit, quam Messēne restituta urbem eorum obsidione clausit'. Haec cum dixisset, risus omnium cum hilaritate coortus est, neque quisquam iudex ausus est de eo ferre suffragium. Sic a iudicio capitis maxima discessit gloria.

362 9. Hic extremo tempore imperator apud Mantinēam cum acie instructa audacius instaret hostibus, cognitus est a Lacedaemoniis: qui quod in unius pernicie eius patriae sitam putabant salutem, universi in unum impetum fecerunt neque prius abscesserunt, quam magna caede edita multisque occisis fortissime ipsum Epaminondam pugnantem sparo eminus per-
2 cussum concidere viderunt. Huius casu aliquantum retardati sunt Boeotii, neque tamen prius pugna excesserunt, quam
3 repugnantis profligarunt. At Epaminondas, cum animadverteret mortiferum se vulnus accepisse simulque, si ferrum, quod ex hastili in corpore remanserat, extraxisset, animam statim emissurum, usque eo retinuit, quoad renuntiatum est vicisse
4 Boeotios. Id postquam audivit, 'Satis', inquit, 'vixi; invictus enim morior'. Tum ferro extracto confestim exanimatus est.

10. Hic uxorem nunquam duxit. In quo cum reprehenderetur a Pelopida, qui filium habebat infamem, maleque

se erwartet man ante eum. — Betone *aspicere* 'ins Auge schauen'.

4. *utrique* 'beide Teile'. — *Spartam oppugnarent* bezeichnet im allgemeinen, dafs sie Land und Stadt der Spartaner selbst angriffen. Die am Schlufs erwähnte Belagerung der Stadt fand nicht im Jahre 369 statt (obwohl die Thebaner damals dicht an die Stadt vordrangen), sondern erst 362 vor der Schlacht bei Mantinēa. — *satis haberent* 'zufrieden waren'.

5. *neque . . . destitit* hängt noch von *quod* ab. — *Messene* hatte seit den messenischen Kriegen unter der Herrschaft Spartas gestanden: durch *restituta* ist die Wiedererhebung zu einem selbständigen Staate bezeichnet. — *omnium* läfst sich durch das Adjekt. 'allgemein' wiedergeben. — Zu *neque quisquam* vgl. A. B. 5. — *suffragium ferre* 'seine Stimme (eigentlich?) abgeben'. — *capitis* 'über Leben und Tod'.

9. Epam. siegt und fällt bei Mantinea.

1. *audacius* übers. nach A. B. 7. — *eius* gehört zu *unius*, das des gröfsern Nachdrucks halber voransteht. — *sitam* = positam. — *sparus* oder *sparum*, eine Art Hellebarde, die ursprünglich nur beim Landvolk in Gebrauch war.

2. Vor *aliquantum* füge 'zwar' ein. — Zu *neque tamen* vgl. A. B. 20, zu *repugnantis* A. B. 1[b].

3. *extraxisset* übers. nach A. B. 16. — *usque eo* 'bis zu dem Augenblick'; *retinuit*, näml. ferrum.

10. Ein Witzwort des Epam. über seine 'Nachkommenschaft'; sein vorsichtiges Verhalten während des Bürgerkriegs; endlich ein Schlufswort über seine Bedeutung für den Staat Theben.

1. *In quo* 'in diesem Punkte,

eum in eo patriae consulere diceret, quod liberos non relin-
queret, 'Vide', inquit, 'ne tu peius consulas, qui talem ex te 2
natum relicturus sis. Neque vero stirps mihi potest deesse.
Namque ex me natam relinquo pugnam Leuctricam, quae non
modo mihi superstes, sed etiam immortalis sit necesse est'.

Quo tempore duce Pelopida exsules Thebas occuparunt et 3
praesidium Lacedaemoniorum ex arce expulerunt, Epaminondas, 379
quamdiu facta est caedes civium, domo se tenuit, quod neque
defendere malos volebat neque impugnare, ne manus suorum
sanguine cruentaret. Namque omnem civilem victoriam funestam
putabat. Idem, postquam apud Cadmēam cum Lacedaemoniis
pugnari coeptum est, in primis stetit.

Huius de virtutibus vitaque satis erit dictum, si hoc unum 4
adiunxero, quod nemo ibit infitias, Thebás et ante Epami-
nondam natum et post eiusdem interitum perpetuo alieno
paruisse imperio, contra ea, quamdiu ille praefuerit rei publicae,
caput fuisse totius Graeciae. Ex quo intellegi potest unum
hominem pluris quam civitatem fuisse.

XVI.

1. Pelopĭdas Thebanus, magis historicis quam vulgo notus. Cuius de virtutibus dubito quemadmodum exponam, quod vereor, si res explicare incipiam, ne non vitam eius

hierin'. Ebenso nachher *in eo*. — *diceret*, näml. Pelopidas, 'dieser'.

2. *qui relicturus sis*, im D. ein Kausalsatz. — *ex te natum* 'Abkömmling'; eigentl.? — Zu *Neque vero* vgl. A. B. 20. — *ex me natam* 'als meine Tochter'.

3. *Quo tempore* = Eo tempore, quo. Über das Ereignis s. XVI 2, 3. — *domo*, abl. instrum., wird im D. Ortsbezeichnung. — *malos* 'die Schlechtgesinnten', die die Stadt an die Lacedämonier verraten und zu diesen gehalten hatten. — *civilem* 'über Mitbürger'. — *Idem* übers. nach A. B. 13b. — *pugnari coeptum est*, im D. aktiv. mit 'man'.

4. Zu *adiunxero* vgl. A. B. 16. — *natum*, im D. ein Substantiv. — *perpetuo* (Adv.) *alieno paruisse imperio* ist nicht von einer wirklichen Unterthänigkeit, sondern so zu verstehen, daſs Theben als ein Staat zweiten Ranges immer von den Hauptstaaten Athen und Sparta mehr oder minder abhängig war. — *contra ea* 'hingegen'. — *pluris*, gen. pretii.

---

1. Nach einer einleitenden Vorbemerkung des Schriftstellers wird berichtet, daſs der Thebaner Pelopidas von den Spartanern, die sich der Burg in Theben bemächtigt hatten, des Landes verwiesen worden sei.

1. *historicis* hier 'den Geschichtskundigen', *vulgo* 'dem groſsen Publikum'. — *Cuius de virtutibus* ('Vorzüge') gehört zu *exponam dubito* 'bin in Zweifel'. — *res*. näml. gestas; *explicare* '(vollständig)

enarrare, sed historiam videar scribere; sin tantummodo summas attigero, ne rudibus Graecarum litterarum minus dilucide appareat, quantus fuerit ille vir. Itaque utrique rei occurram, quantum potuero, et medebor cum satietati tum ignorantiae lectorum.

2 Phoebĭdas Lacedaemonius, cum exercitum Olynthum duceret
382 iterque per Thebas faceret, arcem oppidi, quae Cadmēa nominatur, occupavit impulsu paucorum Thebanorum, qui, adversariae factioni quo facilius resisterent, Lacōnum rebus studebant:
3 idque suo privato, non publico fecit consilio. Quo facto eum Lacedaemonii ab exercitu removerunt pecuniaque multarunt; neque eo magis arcem Thebanis reddiderunt, quod susceptis inimicitiis satius ducebant eos obsideri quam liberari. Nam post Peloponnesium bellum Athenasque devictas cum Thebanis sibi rem esse existimabant, et eos esse solos, qui adversus se
4 sistere auderent. Hac mente amicis suis summas potestates dederant alteriusque factionis principes partim interfecerant, alios in exsilium eiecerant; in quibus Pelopidas hic, de quo scribere exorsi sumus, pulsus patria carebat.

2. Hi omnes fere Athenas se contulerant, non quo sequerentur otium, sed ut, quemcunque ex proximo locum fors
2 obtulisset, ex eo patriam recuperare niterentur. Itaque cum
379 tempus esset visum rei gerendae, communiter cum iis, qui Thebis idem sentiebant, diem delegerunt ad inimicos oppri-

entwickeln', im Gegensatz zu *summas* ('obenhin') *attingere*. Wegen *attigero* und nachher *potuero* vgl. A. B. 16. — *ne appareat* ist noch von *vereor* abhängig. — *rudis* mit Gen. fast soviel wie expers; *litterarum* 'Litteratur'. — *utrique rei*, d. i. 'beiden Übelständen'. — *medebor* 'werde abhelfen'. — *ignorantiae* ohne tadelnden Nebenbegriff.

2. *per Thebas*, d. h. durch das Gebiet oder Weichbild von Theben, nicht durch die Stadt selbst. — *paucorum Thebanorum*, von der Partei der Optimaten; demnach ist unter *adversariae factioni* und § 4 *alterius factionis* die Partei des Volkes zu verstehen. — *rebus*, im D. Singular. — *suo privato, non publico consilio* 'aus eigenem Entschlufs, nicht auf Beschlufs des Staates'.

3. *neque eo magis* 'trotzdem aber nicht'; eigentlich? — *susceptis inimicitiis* 'nachdem sie sich Feindschaft zugezogen hätten'. — *obsidere* bildlich, etwa 'in Schach halten'. — *devictas*, im D. ein Substantiv. — *mihi res est* 'ich habe es zu thun'.

4. *summas potestates* 'die einflufsreichsten Stellen'. — *partim ... alios* statt partim ... partim oder alios ... alios, ein nicht seltener Wechsel. — *hic* 'unser'. — *pulsus* 'als Verbannter'; zu *carebat* füge 'mufste' hinzu.

2. Einige Zeit später macht sich Pelop. mit elf andern Verbannten von Athen aus zur Befreiung der Vaterstadt auf den Weg nach Theben.

1. *non quo sequerentur otium* 'nicht um der Mufse zu pflegen'. — *sed ut* usw., konstr.: *ut ex eo* (loco), *quemcunque* (*locum*) *fors ex proximo* ('in nächster Nähe') *obtulisset* (A. B. 16), usw.

2. *esset visum*, im D. Imperf. — *ii, qui idem sentiebant* läfst sich durch ein Substantiv wiedergeben.

mendos civitatemque liberandam eum, quo maximi magistratus
simul consuērant epulari. Magnae saepe res non ita magnis 3
copiis sunt gestae; sed profecto nunquam tam ab tenui initio
tantae opes sunt profligatae. Nam duodecim adulescentuli
coierunt ex iis, qui exsilio erant multati, cum omnino non
essent amplius centum, qui tanto se offerrent periculo. Qua
paucitate percussa est Lacedaemoniorum potentia. Hi enim 4
non magis adversariorum factioni quam Spartanis eo tempore
bellum intulerunt, qui principes erant totius Graeciae; quorum
imperii maiestas, neque ita multo post, Leuctrica pugna, ab
hoc initio perculsa, concidit. Illi igitur duodecim, quorum 5
dux erat Pelopidas, Athenis interdiu, ut vesperascente caelo
Thebas possent pervenire, cum canibus venaticis exierunt, retia
ferentes, vestitu agresti, quo minore suspicione facerent iter.
Qui cum tempore ipso, quo studuerant, pervenissent, domum
Charōnis deverterunt, a quo et tempus et dies erat datus.

3. Hoc loco libet interponere, etsi seiunctum ab re pro-
posita est, nimia fiducia quantae calamitati soleat esse. Nam
magistratuum Thebanorum statim ad auris pervenit exsules
in urbem venisse. Id illi vino epulisque dediti usque eo
despexerunt, ut ne quaerere quidem de tanta re laborarint.
Accessit, quod etiam magis aperiret eorum dementiam. Allata 2
est enim epistula Athenis ab Archīno uni ex his, Archiae,
qui tum maximum magistratum Thebis obtinebat, in qua
omnia de profectione eorum perscripta erant. Quae cum iam

— *eum*, durch die Stellung stark betont, gehört zu *diem*.

3. *non ita* 'nicht eben'. — *copiae* 'Mittel'. — *tam* gehört zu *tenui*. — Betone *duodecim* 'nur zwölf'. — *non amplius centum* mit der vor Zahlwörtern üblichen Auslassung von quam. — *se offerrent* 'sich aussetzen wollten'. — *percussa est* 'erhielt einen heftigen Stoſs'.

4. *non magis . . . quam* 'nicht bloſs . . . sondern'; eigentl.? — *neque ita multo post* 'und zwar nicht sehr viel später'. — *ab hoc initio perculsa*: die Herrlichkeit der spartan. Herrschaft, die bei dieser Gelegenheit zum ersten Male ins Schwanken geriet, brach dann infolge der Schlacht bei Leuktra (371) völlig zusammen.

5. *retia*, Jagdnetze, mit denen die Jäger, ehe die eigentliche Treibjagd begann, eine groſse Fläche umstellten. — *quo minore* = ut eo minore. — *ipso* im D. Adv. 'gerade'. — *domum*, im D. fragt man statt dessen: wo? — *tempus et dies*, wir: 'Tag und Stunde'.

3. Es gelingt Pelopidas und seinen Genossen, die trotz aller Warnung sorglos bei einem Gelage versammelten Parteigänger der Spartaner zu überrumpeln und die Besatzung aus der Stadt zu vertreiben.

1. *locus* 'Gelegenheit'. — *ab re proposita* 'von dem Gegenstande der Erzählung'; eigentlich? — *auris* s. A. B. 1b. — *usque eo* = adeo. — *quaerere* 'Nachforschungen anstellen'. Wegen des Perfekts *laborarint* ('sich die Mühe gaben') s. A. B. 1g.

2. *quod* 'etwas (derartiges, daſs es =), was'. — *etiam* 'noch'. — *de profectione eorum*, näml. exsulum.

accubanti in convivio esset data, sicut erat signata, sub pul-
3 vinum subiciens 'In crastinum', inquit, 'differo res severas'. At
illi omnes, cum iam nox processisset, vinolenti ab exsulibus
duce Pelopida sunt interfecti. Quibus rebus confectis, vulgo
ad arma libertatemque vocato, non solum qui in urbe erant,
379 sed etiam undique ex agris concurrerunt, praesidium Lacedae-
moniorum ex arce pepulerunt, patriam obsidione liberarunt,
auctores Cadmēae occupandae partim occiderunt, partim in
exsilium eiecerunt.

4. Hoc tam turbido tempore, sicut supra docuimus, Epa-
minondas, quoad cum civibus dimicatum est, domi quietus
fuit. Itaque haec liberatarum Thebarum propria laus est
2 Pelopidae, ceterae fere communes cum Epaminonda. Nam-
que in Leuctrica pugna imperatore Epaminonda hic fuit dux
3 delectae manus, quae prima phalangem prostravit Laconum.
369 Omnibus praeterea periculis eius adfuit (sicut, Spartam cum
367 oppugnavit, alterum tenuit cornu), quoque Messēna celerius
restitueretur, legatus in Persas est profectus. Denique haec
fuit altera persona Thebis, sed tamen secunda ita, ut proxima
esset Epaminondae.

5. Conflictatus autem est cum adversa fortuna. Nam et
initio, sicut ostendimus, exsul patria caruit, et cum Thessa-
liam in potestatem Thebanorum cuperet redigere legationisque

— *sicut erat signata*, wir 'versiegelt, wie er war'.

3. *Quibus rebus confectis* ist dem zweiten abl. absol. untergeordnet; wir verbinden die beiden durch 'und': 'Nachdem dies vollbracht und das Volk . . .'. Konstruiere: *non solum* (ii) *concurrerunt, qui in urbe erant, sed etiam undique ex agris* ('vom Lande').

4. Bei allen andern Unternehmungen ging Pelop. mit Epaminondas Hand in Hand.

1. *supra*, näml. XV 10, 3. — Konstr.: *haec laus* ('Verdienst') *liberatarum* (im D. Subst.) *Thebarum propria est Pelop.* — *ceterae*, vgl. A. B. 1[1]; *fere* 'meistenteils'.

2. *imperatore Epaminonda*: Epam. war Oberbefehlshaber über das ganze Heer, Pelop. nur Führer einer Abteilung, der sogenannten heiligen Schar.

3. *sicut* 'so zum Beispiel'. — *oppugnavit*, Subjekt Epaminondas; *tenuit*, Pelopidas. — *cornu*, bei uns 'der Flügel'. Über die Sache vgl. XV 8, 4 u. 5. — *quoque celerius* = et quo cel. — *Messena restitueretur*. Wie man aus der angef. Stelle des Epam. sieht, wurde Messene bereits 369 wiederhergestellt. Durch seine Gesandtschaft im J. 367, die übrigens noch andere Zwecke hatte, bewirkte Pelop., dafs auch der Perserkönig den Lacedämoniern befahl, auf Messene zu verzichten. — *in Persas*, der Lateiner gebraucht häufig den Namen des Volkes, wo wir den des Landes setzen. — *Denique* hier 'Kurz, Mit einem Worte'. — *haec*, im D. 'er'. — *proxima esset* 'sehr nahe kam'.

5. Durch Alexander von Pherä gefangen genommen, wird Pelop. zwar durch Epaminondas befreit, findet aber in einem bald darauf unternommenen Rachekrieg seinen Tod.

1. *conflictari* hier Deponens 'sich herumschlagen, kämpfen'. Beachte, dafs es ein verbum frequentativum

iure satis tectum se arbitraretur, quod apud omnes gentes
sanctum esse consuesset, a tyranno Alexandro Pheraeo simul 368
cum Ismeňia comprehensus in vincla coniectus est. Hunc 2
Epaminondas recuperavit, bello persequens Alexandrum. Post 367
id factum nunquam animo placari potuit in eum, a quo erat
violatus. Itaque persuasit Thebanis, ut subsidio Thessaliae
proficiscerentur tyrannosque eius expellerent. Cuius belli cum 3
ei summa esset data eoque cum exercitu profectus esset,
non dubitavit, simulac conspexit hostem, confligere. In quo 4
proelio Alexandrum ut animadvertit, incensus ira equum in
eum concitavit, proculque digressus a suis coniectu telorum
confossus concidit. Atque hoc secunda victoria accidit; nam 364
iam inclinatae erant tyrannorum copiae. Quo facto omnes 5
Thessaliae civitates interfectum Pelopidam coronis aureis et
statuis aëneis liberosque eius multo agro donarunt.

XVII.

1. Agesilāus Lacedaemonius cum a ceteris scriptoribus
tum eximie a Xenophonte Socratico collaudatus est: eo enim
usus est familiarissime. Hic primum de regno cum Leotychĭde, 2
fratris filio, habuit contentionem. Mos erat enim Lacedae-
moniis a maioribus traditus, ut binos haberent semper reges,
nomine magis quam imperio, ex duabus familiis Procli et
Eurysthĕnis, qui principes ex progenie Herculis Spartae reges
fuerunt. Horum ex altera in alterius familiae locum regem 3

ist. — *quod* ('das ja') ... *consuesset* fasse als Gedanken des Pelop. — *Alexander*, 370—358, war als Tyrann von Pherä in Thessalien (nicht zu verwechseln mit Pherä in Messenien!) Befehlshaber der gesamten thessalischen Streitmacht. — *Ismenia*, Nom. *Ismenias*.

2. *animo* 'in seinem Herzen'; *placari* übers. reflexiv. — *tyrannos*, der Plural bezeichnet den Tyrannen mit seinem ganzen Hause und Anhange.

3. *summa* 'die oberste Leitung'. — *non dubitavit* 'zauderte nicht'.

4. *digressus* löse durch 'da' auf; *confossus* verbinde mit *concidit*. — *coniectu* etwa 'durch einen Hagel'; eigentlich? — *secunda* (verwandt mit sequi!) *victoria*, abl. abs., 'als ihm der Sieg bereits folgte, sich ihm zuneigte'.

---

1. Das Erbfolgerecht der spartan. Könige; Agesilaus (398—358) erkämpft sich den Thron.

1. *Xenŏphōn* aus Athen (etwa 435—355), Schüler und Biograph des Sokrates, einer der berühmtesten griech. Geschichtschreiber, sollte u. a. auch eine Schrift über Ages. verfafst haben. — *eo usus est familiarissime* 'war ihm eng befreundet'.

10. Ein Witzwort des Epam. über seine 'Nachkommenschaft'; sein vorsichtiges Verhalten während des Bürgerkriegs; endlich ein Schluſswort über seine Bedeutung für den Staat Theben.

1. *In quo* 'in diesem Punkte,

eum in eo patriae consulere diceret, quod liberos non relinqueret, 'Vide', inquit, 'ne tu peius consulas, qui talem ex te 2
natum relicturus sis. Neque vero stirps mihi potest deesse. Namque ex me natam relinquo pugnam Leuctricam, quae non modo mihi superstes, sed etiam immortalis sit necesse est'.

Quo tempore duce Pelopida exsules Thebas occuparunt et 3
praesidium Lacedaemoniorum ex arce expulerunt, Epaminondas, 379
quamdiu facta est caedes civium, domo se tenuit, quod neque defendere malos volebat neque impugnare, ne manus suorum sanguine cruentaret. Namque omnem civilem victoriam funestam putabat. Idem, postquam apud Cadmēam cum Lacedaemoniis pugnari coeptum est, in primis stetit.

Huius de virtutibus vitaque satis erit dictum, si hoc unum 4
adiunxero, quod nemo ibit infitias, Thebas et ante Epaminondam natum et post eiusdem interitum perpetuo alieno paruisse imperio, contra ea, quamdiu ille praefuerit rei publicae, caput fuisse totius Graeciae. Ex quo intellegi potest unum hominem pluris quam civitatem fuisse.

XVI.

1. Pelopĭdas Thebanus, magis historicis quam vulgo notus. Cuius de virtutibus dubito quemadmodum exponam, quod vereor, si res explicare incipiam, ne non vitam eius

hierin'. Ebenso nachher *in eo.* — *diceret,* näml. Pelopidas, 'dieser'.

2. *qui relicturus sis*, im D. ein Kausalsatz. — *ex te natum* 'Abkömmling'; eigentl.? — Zu *Neque vero* vgl. A. B. 20. — *ex me natam* 'als meine Tochter'.

3. *Quo tempore* = Eo tempore, quo. Über das Ereignis s. XVI 2, 3. — *domo*, abl. instrum., wird im D. Ortsbezeichnung. — *malos* 'die Schlechtgesinnten', die die Stadt an die Lacedämonier verraten und zu diesen gehalten hatten. — *civilem* 'über Mitbürger'. — *Idem* übers. nach A. B. 13b. — *pugnari coeptum est*, im D. aktiv. mit 'man'.

4. Zu *adiunxero* vgl. A. B. 16. — *natum*, im D. ein Substantiv. — *perpetuo* (Adv.) *alieno paruisse imperio* ist nicht von einer wirklichen Unterthänigkeit, sondern so zu verstehen, daſs Theben als ein Staat zweiten Ranges immer von den Hauptstaaten Athen und Sparta mehr oder minder abhängig war. — *contra ea* 'hingegen'. — *pluris*, gen. pretii.

---

1. Nach einer einleitenden Vorbemerkung des Schriftstellers wird berichtet, daſs der Thebaner Pelopidas von den Spartanern, die sich der Burg in Theben bemächtigt hatten, des Landes verwiesen worden sei.

1. *historicis* hier 'den Geschichtskundigen', *vulgo* 'dem groſsen Publikum'. — *Cuius de virtutibus* ('Vorzüge') gehört zu *exponam* *dubito* 'bin in Zweifel'. — *res*. näml. gestas; *explicare* '(vollständig)

enarrare, sed historiam videar scribere; sin tantummodo summas attigero, ne rudibus Graecarum litterarum minus dilucide appareat, quantus fuerit ille vir. Itaque utrique rei occurram, quantum potuero, et medebor cum satietati tum ignorantiae lectorum.

2 Phoebĭdas Lacedaemonius, cum exercitum Olynthum duceret
382 iterque per Thebas faceret, arcem oppidi, quae Cadmēa nominatur, occupavit impulsu paucorum Thebanorum, qui, adversariae factioni quo facilius resisterent, Lacōnum rebus studebant:
3 idque suo privato, non publico fecit consilio. Quo facto eum Lacedaemonii ab exercitu removerunt pecuniaque multarunt; neque eo magis arcem Thebanis reddiderunt, quod susceptis inimicitiis satius ducebant eos obsideri quam liberari. Nam post Peloponnesium bellum Athenasque devictas cum Thebanis sibi rem esse existimabant, et eos esse solos, qui adversus se
4 sistere auderent. Hac mente amicis suis summas potestates dederant alteriusque factionis principes partim interfecerant, alios in exsilium eiecerant; in quibus Pelopidas hic, de quo scribere exorsi sumus, pulsus patria carebat.

2. Hi omnes fere Athenas se contulerant, non quo sequerentur otium, sed ut, quemcunque ex proximo locum fors
2 obtulisset, ex eo patriam recuperare niterentur. Itaque cum
379 tempus esset visum rei gerendae, communiter cum iis, qui Thebis idem sentiebant, diem delegerunt ad inimicos oppri-

entwickeln', im Gegensatz zu *summas* ('obenhin') *attingere*. Wegen *attigero* und nachher *potuero* vgl. A. B. 16. — *ne appareat* ist noch von *vereor* abhängig. — *rudis* mit Gen. fast soviel wie expers; *litterarum* 'Litteratur'. — *utrique rei*, d. i. 'beiden Übelständen'. — *medebor* 'werde abhelfen'. — *ignorantiae* ohne tadelnden Nebenbegriff.

2. *per Thebas*, d. h. durch das Gebiet oder Weichbild von Theben, nicht durch die Stadt selbst. — *paucorum Thebanorum*, von der Partei der Optimaten; demnach ist unter *adversariae factioni* und § 4 *alterius factionis* die Partei des Volkes zu verstehen. — *rebus*, im D. Singular. — *suo privato, non publico consilio* 'aus eigenem Entschlufs, nicht auf Beschlufs des Staates'.

3. *neque eo magis* 'trotzdem aber nicht'; eigentlich? — *susceptis inimicitiis* 'nachdem sie sich Feindschaft zugezogen hätten'. — *obsidere* bildlich, etwa 'in Schach halten'. — *devictas*, im D. ein Substantiv. — *mihi res est* 'ich habe es zu thun'.

4. *summas potestates* 'die einflufsreichsten Stellen'. — *partim . . . alios* statt partim . . . partim oder alios ... alios, ein nicht seltener Wechsel. — *hic* 'unser'. — *pulsus* 'als Verbannter'; zu *carebat* füge 'mufste' hinzu.

2. Einige Zeit später macht sich Pelop. mit elf andern Verbannten von Athen aus zur Befreiung der Vaterstadt auf den Weg nach Theben.

1. *non quo sequerentur otium* 'nicht um der Mufse zu pflegen'. — *sed ut* usw., konstr.: *ut ex eo* (loco), *quemcunque* (*locum*) *fors ex proximo* ('in nächster Nähe') *obtulisset* (A. B. 16), usw.

2. *esset visum*, im D. Imperf. — *ii, qui idem sentiebant* läfst sich durch ein Substantiv wiedergeben.

mendos civitatemque liberandam eum, quo maximi magistratus
simul consuērant epulari. Magnae saepe res non ita magnis 3
copiis sunt gestae; sed profecto nunquam tam ab tenui initio
tantae opes sunt profligatae. Nam duodecim adulescentuli
coierunt ex iis, qui exsilio erant multati, cum omnino non
essent amplius centum, qui tanto se offerrent periculo. Qua
paucitate percussa est Lacedaemoniorum potentia. Hi enim 4
non magis adversariorum factioni quam Spartanis eo tempore
bellum intulerunt, qui principes erant totius Graeciae; quorum
imperii maiestas, neque ita multo post, Leuctrica pugna, ab
hoc initio perculsa, concidit. Illi igitur duodecim, quorum 5
dux erat Pelopidas, Athenis interdiu, ut vesperascente caelo
Thebas possent pervenire, cum canibus venaticis exierunt, retia
ferentes, vestitu agresti, quo minore suspicione facerent iter.
Qui cum tempore ipso, quo studuerant, pervenissent, domum
Charōnis deverterunt, a quo et tempus et dies erat datus.

3. Hoc loco libet interponere, etsi seiunctum ab re proposita est, nimia fiducia quantae calamitati soleat esse. Nam
magistratuum Thebanorum statim ad auris pervenit exsules
in urbem venisse. Id illi vino epulisque dediti usque eo
despexerunt, ut ne quaerere quidem de tanta re laborarint.
Accessit, quod etiam magis aperiret eorum dementiam. Allata 2
est enim epistula Athenis ab Archīno uni ex his, Archiae,
qui tum maximum magistratum Thebis obtinebat, in qua
omnia de profectione eorum perscripta erant. Quae cum iam

— *eum*, durch die Stellung stark betont, gehört zu *diem*.

3. *non ita* 'nicht eben'. — *copiae* 'Mittel'. — *tam* gehört zu *tenui*. — Betone *duodecim* 'nur zwölf'. — *non amplius centum* mit der vor Zahlwörtern üblichen Auslassung von quam. — *se offerrent* 'sich aussetzen wollten'. — *percussa est* 'erhielt einen heftigen Stofs'.

4. *non magis* . . . *quam* 'nicht blofs . . . sondern'; eigentl.? + *neque ita multo post* 'und zwar nicht sehr viel später'. — *ab hoc initio perculsa*: die Herrlichkeit der spartan. Herrschaft, die bei dieser Gelegenheit zum ersten Male ins Schwanken geriet, brach dann infolge der Schlacht bei Leuktra (371) völlig zusammen.

5. *retia*, Jagdnetze, mit denen die Jäger, ehe die eigentliche Treibjagd begann, eine grofse Fläche umstellten. — *quo minore* = ut eo minore. — *ipso* im D. Adv. 'gerade'. — *domum*, im D. fragt man statt dessen: wo? — *tempus et dies*, wir: 'Tag und Stunde'.

3. Es gelingt Pelopidas und seinen Genossen, die trotz aller Warnung sorglos bei einem Gelage versammelten Parteigänger der Spartaner zu überrumpeln und die Besatzung aus der Stadt zu vertreiben.

1. *locus* 'Gelegenheit'. — *ab re proposita* 'von dem Gegenstande der Erzählung'; eigentlich? — *auris* s. A. B. 1b. — *usque eo* = adeo. — *quaerere* 'Nachforschungen anstellen'. Wegen des Perfekts *laborarint* ('sich die Mühe gaben') s. A. B. 1g.

2. *quod* 'etwas (derartiges, dafs es =), was'. — *etiam* 'noch'. — *de profectione eorum*, näml. exsulum.

accubanti in convivio esset data, sicut erat signata, sub pul-
3 vinum subiciens 'In crastinum', inquit, 'differo res severas'. At
illi omnes, cum iam nox processisset, vinolenti ab exsulibus
duce Pelopida sunt interfecti. Quibus rebus confectis, vulgo
ad arma libertatemque vocato, non solum qui in urbe erant,
379 sed etiam undique ex agris concurrerunt, praesidium Lacedae-
moniorum ex arce pepulerunt, patriam obsidione liberarunt,
auctores Cadmēae occupandae partim occiderunt, partim in
exsilium eiecerunt.

4. Hoc tam turbido tempore, sicut supra docuimus, Epa-
minondas, quoad cum civibus dimicatum est, domi quietus
fuit. Itaque haec liberatarum Thebarum propria laus est
2 Pelopidae, ceterae fere communes cum Epaminonda. Nam-
que in Leuctrica pugna imperatore Epaminonda hic fuit dux
3 delectae manus, quae prima phalangem prostravit Laconum.
369 Omnibus praeterea periculis eius adfuit (sicut, Spartam cum
367 oppugnavit, alterum tenuit cornu), quoque Messēna celerius
restitueretur, legatus in Persas est profectus. Denique haec
fuit altera persona Thebis, sed tamen secunda ita, ut proxima
esset Epaminondae.

5. Conflictatus autem est cum adversa fortuna. Nam et
initio, sicut ostendimus, exsul patria caruit, et cum Thessa-
liam in potestatem Thebanorum cuperet redigere legationisque

— *sicut erat signata*, wir 'versiegelt, wie er war'.

3. *Quibus rebus confectis* ist dem zweiten abl. absol. untergeordnet; wir verbinden die beiden durch 'und': 'Nachdem dies vollbracht und das Volk . . .'. Konstruiere: *non solum* (ii) *concurrerunt, qui in urbe erant, sed etiam undique ex agris* ('vom Lande').

4. Bei allen andern Unternehmungen ging Pelop. mit Epaminondas Hand in Hand.

1. *supra*, näml. XV 10, 3. — Konstr.: *haec laus* ('Verdienst') *liberatarum* (im D. Subst.) *Thebarum propria est Pelop.* — *ceterae*, vgl. A. B. 1[1]; *fere* 'meistenteils'.

2. *imperatore Epaminonda*: Epam. war Oberbefehlshaber über das ganze Heer, Pelop. nur Führer einer Abteilung, der sogenannten heiligen Schar.

3. *sicut* 'so zum Beispiel'. — *oppugnavit*, Subjekt Epaminondas; *tenuit*, Pelopidas. — *cornu*, bei uns 'der Flügel'. Über die Sache vgl. XV 8, 4 u. 5. — *quoque celerius* = et quo cel. — *Messena restitueretur*. Wie man aus der angef. Stelle des Epam. sieht, wurde Messene bereits 369 wiederhergestellt. Durch seine Gesandtschaft im J. 367, die übrigens noch andere Zwecke hatte, bewirkte Pelop., daſs auch der Perserkönig den Lacedämoniern befahl, auf Messene zu verzichten. — *in Persas*, der Lateiner gebraucht häufig den Namen des Volkes, wo wir den des Landes setzen. — *Denique* hier 'Kurz, Mit einem Worte'. — *haec*, im D. 'er'. — *proxima esset* 'sehr nahe kam'.

5. Durch Alexander von Pherä gefangen genommen, wird Pelop. zwar durch Epaminondas befreit, findet aber in einem bald darauf unternommenen Rachekrieg seinen Tod.

1. *conflictari* hier Deponens 'sich herumschlagen, kämpfen'. Beachte, daſs es ein verbum frequentativum

iure satis tectum se arbitraretur, quod apud omnes gentes
sanctum esse consuesset, a tyranno Alexandro Pheraeo simul 368
cum Ismenĭa comprehensus in vincla coniectus est. Hunc 2
Epaminondas recuperavit, bello persequens Alexandrum. Post 367
id factum nunquam animo placari potuit in eum, a quo erat
violatus. Itaque persuasit Thebanis, ut subsidio Thessaliae
proficiscerentur tyrannosque eius expellerent. Cuius belli cum 3
ei summa esset data eoque cum exercitu profectus esset,
non dubitavit, simulac conspexit hostem, confligere. In quo 4
proelio Alexandrum ut animadvertit, incensus ira equum in
eum concitavit, proculque digressus a suis coniectu telorum
confossus concidit. Atque hoc secunda victoria accidit; nam 364
iam inclinatae erant tyrannorum copiae. Quo facto omnes 5
Thessaliae civitates interfectum Pelopidam coronis aureis et
statuis aëneis liberosque eius multo agro donarunt.

XVII.

1. Agesilāus Lacedaemonius cum a ceteris scriptoribus
tum eximie a Xenophonte Socratico collaudatus est: eo enim
usus est familiarissime. Hic primum de regno cum Leotychĭde, 2
fratris filio, habuit contentionem. Mos erat enim Lacedaemoniis a maioribus traditus, ut binos haberent semper reges,
nomine magis quam imperio, ex duabus familiis Procli et
Eurysthĕnis, qui principes ex progenie Herculis Spartae reges
fuerunt. Horum ex altera in alterius familiae locum regem 3

ist. — *quod* ('das ja') ... *consuesset* fasse als Gedanken des Pelop. — *Alexander*, 370—358, war als Tyrann von Pherä in Thessalien (nicht zu verwechseln mit Pherä in Messenien!) Befehlshaber der gesamten thessalischen Streitmacht. — *Ismenia*, Nom. *Ismenias*.

2. *animo* 'in seinem Herzen'; *placari* übers. reflexiv. — *tyrannos*, der Plural bezeichnet den Tyrannen mit seinem ganzen Hause und Anhange.

3. *summa* 'die oberste Leitung'. — *non dubitavit* 'zauderte nicht'.

4. *digressus* löse durch 'da' auf; *confossus* verbinde mit *concidit*. — *coniectu* etwa 'durch einen Hagel'; eigentlich? — *secunda* (verwandt mit sequi!) *victoria*, abl. abs., 'als ihm der Sieg bereits folgte, sich ihm zuneigte'.

---

1. Das Erbfolgerecht der spartan. Könige; Agesilaus (398—358) erkämpft sich den Thron.

1. *Xenŏphōn* aus Athen (etwa 435—355), Schüler und Biograph des Sokrates, einer der berühmtesten griech. Geschichtschreiber, sollte u. a. auch eine Schrift über Ages. verfaſst haben. — *eo usus est familiarissime* 'war ihm eng befreundet'.

2. *imperio* 'der Herrschergewalt nach'. — Zu *Procli* vgl. A. B. 1[a]. — *principes* = primi.

3. *ex altera* (familia) *horum*,

fieri non licebat: ita utraque suum retinebat ordinem. Primum
ratio habebatur, qui maximus natu esset ex liberis eius, qui
regnans decessisset; sin is virilem sexum non reliquisset, tum
4 deligebatur, qui proximus esset propinquitate. Mortuus erat
398 Agis rex, frater Agesilai. Filium reliquerat Leotychidem;
quem ille natum non agnorat; eundem moriens suum esse
dixerat. Is de honore regni cum Agesilao, patruo suo, con-
5 tendit neque id, quod petivit, consecutus est. Nam Lysandro
suffragante, homine, ut ostendimus supra, factioso et his tem-
poribus potente, Agesilaus antelatus est.

2 Hic simulatque imperii potitus est, persuasit Lace-
daemoniis, ut cum exercitu se mitterent in Asiam bellumque
regi facerent, docens satius esse in Asia quam in Europa di-
micari. Namque fama exierat Artaxerxen comparare classis
2 pedestrisque exercitus, quos in Graeciam mitteret. Data
396 potestate tanta celeritate usus est, ut prius in Asiam cum
copiis pervenerit, quam regii satrapae eum scirent profectum.
Quo factum est, ut omnis imparatos imprudentesque offen-
3 deret. Id ut cognovit Tissaphernes, qui summum imperium
tum inter praefectos habebat regios, indutias a Lacone petivit
simulans se dare operam, ut Lacedaemoniis cum rege con-
veniret, re autem vera ad copias comparandas; easque im-
4 petravit trimestris. Iuravit autem uterque se sine dolo in-
dutias conservaturum. In qua pactione summa fide mansit
Agesilaus; contra ea Tissaphernes nihil aliud quam bellum
5 comparavit. Id etsi sentiebat Laco, tamen iusiurandum serva-

Procli et Eurysthenis. Es war also nicht erlaubt, dafs ein Vertreter der einen Linie den Thron bestieg, so lange noch ein berechtigter Vertreter der andern Linie da war. Betone *suum* 'ihre eigene'. — *ratio habebatur* 'wurde Rücksicht genommen' (näml. eius 'auf den'), *qui*: die Relativsätze enthalten den Gedanken des Gesetzes, darum der Konjunktiv.

4. *natum* 'bei seiner Geburt'; *non agnorat*, nämlich als seinen Sohn. — Zu *eundem* vgl. A. B. 13b. — *moriens* 'auf dem Sterbebette'. — *neque* 'aber nicht'.

5. *supra*, VI 1, 3 flg. *Lysander*, der spartan. Flottenkommandant und Überwinder Athens im pelop. Kriege, heifst auch da *factiosus*.

2. Nach seiner Thronbesteigung eröffnet Ages. sofort den Krieg gegen die Perser und zeichnet sich vor seinem Gegner Tissaphernes durch treues Festhalten am beschworenen Vertrag aus.

1. *imperii*, das Gewöhnliche wäre der Abl. — *regi*, Artaxerxes II. Mnemon (405—359); *Artaxerxen* griech. Accus. — Über *classis*, *pedestris* und andere Formen dieser Art, die im Folgenden öfters begegnen, vgl. A. B. 1b. — *quos* . . . *mitteret* Absichtssatz: A. B. 11.

2. *potestate* 'Vollmacht'. — *usus est* 'ging zu Werke mit . . .'; zu *pervenerit* vgl. A. B. 1g. — *imprudentes* 'nichts ahnend, ungewarnt'.

3. *Id*, die Überraschung der pers. Satrapen durch die unvermutete Ankunft des *Laco* Agesilaus. — *convenit* unpersönl. 'es kommt eine Übereinkunft zustande zwischen . . .'. — *re vera* 'thatsächlich'.

4. *contra ea* Adv. — *nihil aliud quam* für *nihil aliud* egit, *quam*.

bat multumque in eo se consequi dicebat, quod Tissaphernes periurio suo et homines suis rebus abalienaret et deos sibi iratos redderet; se autem conservata religione confirmare exercitum, cum animadverteret deum numen facere secum, hominesque sibi conciliari amiciores, quod iis studere consuessent, quos conservare fidem viderent.

3. Postquam indutiarum praeteriit dies, barbarus non dubitans, quod ipsius erant plurima domicilia in Caria et ea regio his temporibus multo putabatur locupletissima, eo potissimum hostis impetum facturos, omnis suas copias eo contraxerat. At Agesilaus in Phrygiam se convertit eamque prius 2
depopulatus est, quam Tissaphernes usquam se moveret. Magna praeda militibus locupletatis Ephĕsum hiematum exercitum reduxit atque ibi officinis armorum institutis magna industria bellum apparavit. Et quo studiosius armarentur insigniusque ornarentur, praemia proposuit, quibus donarentur, quorum egregia in ea re fuisset industria. Fecit idem in exercitationum 3
generibus, ut, qui ceteris praestitissent, eos magnis afficeret muneribus. His igitur rebus effecit, ut et ornatissimum et exercitatissimum haberet exercitum.

Huic cum tempus esset visum copias extrahere ex hiber- 4
naculis, vidit, si, quo esset iter facturus, palam pronuntiasset, 395
hostis non credituros aliasque regiones praesidiis occupaturos neque dubitaturos aliud eum facturum, ac pronuntiasset. Ita- 5
que cum ille Sardis iturum se dixisset, Tissaphernes eandem Cariam defendendam putavit. In quo cum eum opinio fefellisset victumque se vidisset consilio, sero suis praesidio profectus est. Nam cum illo venisset, iam Agesilaus, multis locis

5. *animadverteret*, Subj. *exercitus*. — *deum* (= deorum) *numen* (eigentlich 'Wink, Wille') *secum facere*, übersetze 'der Segen der Götter sei mit ihnen'. — *conciliari* hängt noch von *animadverteret* ab. — *iis studere* 'Partei ergreifen für'. — *conservare fidem* ('den Eid') wird vom Heere gesagt, das auf des Agesilaus Befehl den Waffenstillstand gewissenhaft hält.

3. Nach Ablauf des Waffenstillstandes erzielt Ages. durch Schnelligkeit und Klugheit mehrfache Erfolge über seinen Gegner in Kleinasien.

1. *dies* hier 'der Termin, die Frist'. — *barbarus* = Persa. — *non dubitans*, dazu gehört der acc. c. inf. *hostis imp. facturos*, vgl. A. B. 1h. — *domicilia* hier 'Schlösser'. — *multo* 'bei weitem'.

2. *usquam* 'irgendwohin'. — *hiematum* Supin. — *armarentur* u *ornarentur* übersetze reflexiv; bei *ornarentur* hat man ›wohl an vorzügliche Güte und Schönheit der Ausrüstung zu denken. — Zu *quibus donarentur* (näml. ei) vgl. A. B. 11.

3. *in exercitationum generibus* 'bei den verschiedenen Übungen': eigentl.? — *magnis muneribus afficere* im D. kürzer 'reichlich beschenken'. — *ornatissimum* 'trefflich gerüstet'.

4. *esset visum* u. (*palam*) *pronuntiasset* übers. nach A. B. 16, *aliud ac* nach A. B. 8; zu *eum facturum* vgl. A. B. 1h.

5. *Sardis* s. A. B. 1b. — *eandem* im D. adv. 'nach wie vor'; eigentl.? — *consilio* 'durch einen klugen Plan'. — *illo*, Adverb.

6 **expugnatis, magna erat praeda potitus. Laco autem, cum videret hostis equitatu superare, nunquam in campo sui fecit potestatem et iis locis manum conseruit, quibus plus pedestres copiae valerent. Pepulit ergo, quotienscumque congressus est, multo maiores adversariorum copias et sic in Asia versatus est, ut omnium opinione victor duceretur.**

4. Hic cum iam animo meditaretur proficisci in Persas et ipsum regem adoriri, nuntius ei domo venit ephororum missu, bellum Athenienses et Boeōtos indixisse Lacedaemoniis;
2 **quare venire ne dubitaret. In hoc non minus eius pietas suspicienda est quam virtus bellica: qui cum victori praeesset exercitui maximamque haberet fiduciam regni Persarum potiundi, tanta modestia dicto audiens fuit iussis absentium magistratuum, ut si privatus in comitio esset Spartae. Cuius exemplum utinam imperatores nostri sequi voluissent! Sed**
3 **illuc redeamus. Agesilaus opulentissimo regno praeposuit bonam existimationem multoque gloriosius duxit, si institutis**
4 **patriae paruisset, quam si bello superasset Asiam. Hac igitur mente Hellespontum copias traiecit tantaque usus est celeritate, ut, quod iter Xerxes anno vertente confecerat, hic transierit**

6. *superare* 'im Vorteil sein'. — *sui fecit potestatem* 'liefs sich beikommen'; wörtlich? — *et* 'sondern'; *iis locis* 'nur auf solchem Gelände'. — *congressus est*, näml. cum hostibus. — *omnium opinione* 'nach allgemeiner Ansicht'.

4. Von Kleinasien wird Ages. zur Leitung des Krieges mit Athen und Theben abberufen, siegt bei Coronea und verfährt kraft seiner frommen Gesinnung schonend gegen die Besiegten.

1. *in Persas*, im D. der Name des Landes. — *ei* = ad eum. — *bellum*, es ist der sog. (böotisch-) korinthische Krieg 395—387. Über die Abhängigkeit des acc. c. inf. ebenso wie des verneinten Aufforderungssatzes *quare ne dubitaret* ('zögern') vgl. A. B. 17.

2. *In hoc* 'Hierbei'. — *pietas* ist jede Art von zarter Rücksicht gegen Personen und Sachen, denen wir solche um ihrer selbst willen schuldig sind; hier 'Vaterlandsliebe'. — *qui*, im D. knüpfe mit 'denn' an. — *cum praeesset*, Einräumungssatz; *potiundi* (= potiendi), im D. Infin. mit 'zu'. — Zu *dicto audiens* ('gehorsam') gehört *iussis*; *absens* hier 'nicht einmal in der Nähe befindlich'. — *comitium* hiefs zu Rom der Platz auf dem Forum, wo die Magistratspersonen ihre Amtsgeschäfte verrichteten. Hier ist damit das Amtshaus der Ephoren gemeint, das Ephoreion. — *imperatores nostri*, N. hat hier hauptsächlich Cäsar, Antonius und Octavianus im Sinn, die dadurch, dafs sie gegen die Befehle des Senates Provinzen behielten oder in Besitz nahmen, Veranlassung zu den Bürgerkriegen und zum Umsturz des Freistaates gaben. — *illuc* 'zur Sache'; eigentlich?

3. *institutis* = legibus. — *paruisset* u. *superasset* übers. nach A. B. 16. Ebenso unten § 8 *nocuissent*.

4. *traiecit*, beachte den doppelten Accus. bei diesem Verbum. — *quod iter . . . confecerat* kommt im D. hinter den Dafssatz zu stehen: 'ein Weg, den . . .'. — *vertente* intransitiv, 'während des Umlaufs'. Dafs N. hier ein Jahr, II 5, 2 nur sechs Monate angiebt, kommt daher, dafs er an beiden Stellen verschiedenen Quellen folgt.

XXX diebus. Cum iam haud ita longe abesset a Peloponneso, 5
obsistere ei conati sunt Athenienses et Boeotii ceterique socii
eorum apud Coronēam; quos omnes gravi proelio vicit. Huius 394
victoriae vel maxima fuit laus, quod, cum plerique ex fuga se 6
in templum Minervae coniecissent quaerereturque ab eo, quid his vellet fieri, etsi aliquot vulnera acceperat eo proelio et iratus videbatur omnibus, qui adversus arma tulerant, tamen antetulit irae religionem et eos vetuit violari. Neque vero 7
hoc solum in Graecia fecit, ut templa deorum sancta haberet, sed etiam apud barbaros summa religione omnia simulacra arasque conservavit. Itaque praedicabat mirari se non sacri- 8
legorum numero haberi, qui supplicibus deorum nocuissent, aut non gravioribus poenis affici, qui religionem minuerent, quam qui fana spoliarent.

5. Post hoc proelium collatum omne bellum est circa Corinthum ideoque Corinthium est appellatum. Hic cum una 2
pugna decem milia hostium Agesilao duce cecidissent eoque facto opes adversariorum debilitatae viderentur, tantum afuit ab insolentia gloriae, ut commiseratus sit fortunam Graeciae, quod tam multi a se victi vitio adversariorum concidissent; namque illa multitudine, si sana mens esset Graeciae, supplicium Persas dare potuisse. Idem cum adversarios intra moenia 3
compulisset et, ut Corinthum oppugnaret, multi hortarentur, negavit id suae virtuti convenire; se enim eum esse, qui ad officium peccantes redire cogeret, non qui urbes nobilissimas

5. *haud ita* 'nicht sehr, nicht zueben'.

6. *Huius victoriae* 'Bei . . .'; *vel* dient oft zur Verstärkung des Superlativs: 'entschieden'. — Zu *quod* ('dafs') gehört *tamen antetulit*. — *plerique* 'sehr viele'. — *ex fuga* 'von der Flucht'. — *quid his vellet fieri* 'was mit diesen geschehen sölle'; eigentl.? Den folgenden Einräumungssatz (*etsi* usw.) füge erst zu allerletzt an! — *adversus*, Adverb. — *antetulit* 'liefs überlegen sein'.

7. *Neque vero* s. A. B. 20. — *hoc* erhält seine Erklärung durch den Nebensatz *ut . . . haberet*. — *sancta* 'unverletzlich'.

8. *numero* 'für oder als . . .'; als Subj. zu *haberi* u. *affici* ergänze eos. — *nocere* hier 'sich vergreifen an . . .'. — *minuerent* 'verletzten'.

5. Wie sehr Ages. die durch seine Siege hervorgerufenen Verluste an Menschenleben beklagte.

1. *collatum est* 'zog sich zusammen'. Der Krieg dauerte bis 387.

2. *Agesilao duce*, ein Irrtum des Nepos; die Schlacht wurde ihm gemeldet, als er auf dem Rückwege aus Asien in Amphipolis war. Auch die Zahl der Gefallenen wird wohl zu hoch gegriffen sein. — *insolentia gloriae* etwa 'ruhmsüchtige Überhebung'; eigentl.? — *vitio* 'infolge der Verblendung', sofern die Gegner nach seiner Überzeugung unnötigerweise den Krieg heraufbeschworen hatten. — *si sana mens esset Graeciae* = si Graecia sana mente esset. — *supplicium dare* eig. 'schwere Strafe zahlen', d. h. 'scharf gezüchtigt werden'.

3. *intra moenia*, näml. Corinthi. — *negavit* 'sagte, dafs nicht'. — *virtus* 'Mannhaftigkeit' (von vir), d. h. 'mannhafte Grundsätze'. — *eum esse, qui . . . cogeret* 'er sei ein Mann, . . . zu zwingen'.

4 expugnaret Graeciae. 'Nam si', inquit, 'eos exstinguere vo-
luerimus, qui nobiscum adversus barbaros steterunt, nosmet
ipsi nos expugnaverimus illis quiescentibus. Quo facto sine
negotio, cum voluerint, nos oppriment.'
371 6. Interim accidit illa calamitas apud Leuctra Lacedae-
moniis. Quo ne proficisceretur, cum a plerisque ad exeundum
premeretur, ut si de exitu divinaret, excusavit senectutem.
369 Idem, cum Epaminondas Spartam oppugnaret essetque sine
muris oppidum, talem se imperatorem praebuit, ut eo tem-
pore omnibus apparuerit, nisi ille fuisset, Spartam futuram non
2 fuisse. In quo quidem discrimine celeritas eius consilii saluti
fuit universis. Nam cum quidam adulescentuli, hostium ad-
ventu perterriti, ad Thebanos transfugere vellent et locum
extra urbem editum cepissent, Agesilaus, qui perniciosissimum
fore videret, si animadversum esset quemquam ad hostis trans-
fugere conari, cum suis eo venit atque, ut si bono animo fe-
cissent, laudavit consilium eorum, quod eum locum occupas-
3 sent; id se quoque fieri debere animadvertisse. Sic adulescentis
simulata laudatione recuperavit et, adiunctis de suis comitibus,
locum tutum reliquit. Namque illi aucti numero eorum, qui
expertes erant consilii, commovere se non sunt ausi, eoque
libentius, quod latere arbitrabantur, quae cogitaverant.

7. Sine dubio post Leuctricam pugnam Lacedaemonii se
nunquam refecerunt neque pristinum imperium recuperarunt,
cum interim nunquam Agesilaus destitit, quibuscumque rebus
2 posset, patriam iuvare. Nam cum praecipue Lacedaemonii
indigerent pecunia, ille omnibus, qui a rege defecerant, prae-

4. *exstinguere* bezeichnet die völlige Vertilgung, wie nachher *expugnare* die mit einer Eroberung verbundene Vernichtung. Statt des ungewöhnl. Fut. II. genügt im D. das Präsens (A. B. 16). — *Quo facto* 'Dann aber'; eigentl.?

6. Nach der Schlacht bei Leuktra gelang es Agesilaus, durch einen schnellen Entschlufs schlimmeres Verderben von Sparta abzuwenden.

1. *cum ... premeretur* Einräumungssatz. Dieser sowie der folgende Nebensatz ist dem Hauptsatze nachzuordnen. — *de exitu*, näml. pugnae. — *excusavit* 'schützte (als Hinderungsgrund) vor'. Ages. war geboren im J. 444. — *Idem* s. A. B. 13b. — *futuram non fuisse* ist der Inf. zu non fuisset; *Sparta non est* 'es ist aus mit Sparta'.

2. *eius*, Possessivpronomen. — *locum editum* im D. ein Wort. — *bono animo* 'in guter Absicht'. — Zu *se animadvertisse* vgl. A. B. 17.

3. *adiunctis*, im D. füge als Subj. 'einige' oder 'welche' hinzu. — *tutum*, d. h. man hatte sich nun von diesem Punkte keiner Gefahr mehr zu versehen. — *expertes* hier 'nicht eingeweiht'. — *eoque libentius* ('und zwar um so . . . '), näml. se non commoverunt.

7. Ages. sorgt dafür, dafs sich die Kassen des Staates wieder füllen, lebt aber selbst bis zuletzt in gröfster Einfachheit.

1. *quibuscumque rebus* 'womit nur immer'; durch den Konjunkt. wird der Satz als Gedanke des Ages. gekennzeichnet.

2. *a rege*, nämlich Persarum. —

sidio fuit; a quibus magna donatus pecunia patriam sublevavit. Atque in hoc illud in primis fuit admirabile, cum maxima 3
munera ab regibus ac dynastis civitatibusque conferrentur, quod nihil unquam domum suam contulit, nihil de victu, nihil de vestitu Laconum mutavit. Domo eadem fuit contentus, qua 4
Eurysthĕnes, progenitor maiorum suorum, fuerat usus; quam qui intrarat, nullum signum libidinis, nullum luxuriae videre poterat, contra ea plurima patientiae atque abstinentiae: sic enim erat instructa, ut in nulla re differret a cuiusvis inopis atque privati.

8. Atque hic tantus vir, ut naturam fautricem habuerat in tribuendis animi virtutibus, sic maleficam nactus est in corpore fingendo. Nam et statura fuit humili et corpore exiguo et claudus altero pede, quae res etiam nonnullam afferebat deformitatem. Atque ignoti, faciem eius cum intuerentur, contemnebant; qui autem virtutes noverant, non poterant admirari satis. Quod ei usu venit, cum annorum LXXX sub- 2
sidio Tacho in Aegyptum isset et in acta cum suis accu- 361
buisset sine ullo tecto stratumque haberet tale, ut terra tecta esset stramentis neque huc amplius quam pellis esset iniecta, eodem, quo comites omnes, vestitu humili atque obsoleto, ut eorum ornatus non modo in iis regem neminem significaret, sed homines non beatissimos esse suspicionem

praesidio fuit, im D. ein Verbum. — *donatus* löse mit 'indem' auf. — *magna* wird im D. Adv., 'reichlich'.

3. *in hoc* 'hierbei'. — *quod* stelle beim Übersetzen vor *cum* ('während doch') ... *conferrentur*. — Zu *nihil unquam* vgl. A. B. 5.

4. *maiorum suorum*, die Regel forderte *eius*. Übrigens stammte Ages. von Prokles ab. — *intrarat*, im D. Imperf.: A. B. 16. — *contra ea*, Adverb. — *patientia* abgehärtete, *abstinentia* anspruchslose Lebensweise. — *a cuiusvis inopis atque privati*, näml. *domo*; wir 'des ersten besten unbemittelten Privatmannes'.

8. Ages. war nicht nur körperlich sehr unscheinbar, sondern trat auch so bescheiden auf, dafs er damit z. B. auf einer Reise nach Ägypten grofse Verwunderung erregte; auf der Rückreise starb er.

1. *tantus* nach *hic* ohne 'so'! — *ut ..., sic* geht in die Bedeutung von 'zwar ..., aber' über. — *animi virtutes* 'geistige Vorzüge'. — *maleficam nactus est* 'erfuhr ihre Mifsgunst'; eigentl.? — *exiguo* 'schmächtig'. — *quae res* ('ein Umstand, der') geht nur auf *claudus altero pede*. — *etiam* 'erst recht, vollends' — *ignoti* hier 'Unbekannte' in aktivem Sinne, die ihn nicht kannten. — *faciem* hier die ganze 'äufsere Gestalt'. — *contemnebant* ('kaum beachten'), näml. eum; ebenso bei *admirari*. — *qui* im D. Sing. 'wer'.

2. *Quod*, näml. von Unbekannten verachtet zu werden; *usu venit* 'widerfuhr'. — *annorum LXXX*, genet. qualit.; im D. füge hinzu 'als ein Greis' oder 'im Alter'. — *Tachus* hatte sich zum König von Ägypten aufgeworfen (361 v. Chr.). — *acta*, ein Fremdwort aus dem Griech., 'Meeresgestade'. — *huc* 'darüber'; *neque amplius* 'und nichts weiter'; *quo* 'wie'. — Ordne *sed* ut *suspicionem praeberet* ('die Vermutung aufkommen liefs') *homines non esse beatissimos* ('sehr wohlhabend').

3 praeberet. Huius de adventu fama cum ad regios esset perlata, celeriter munera eo cuiusvis generis sunt allata. His quaerentibus Agesilaum vix fides facta est unum esse ex his,
4 qui tum accubabant. Qui cum regis verbis, quae attulerant, dedissent, ille praeter vitulinam et eiusmodi genera obsonii, quae praesens tempus desiderabat, nihil accepit; unguenta, coronas secundamque mensam servis dispertiit; cetera referri
5 iussit. Quo facto eum barbari magis etiam contempserunt, quod eum ignorantia bonarum rerum vilia potissimum sumpsisse arbitrabantur.

6 Hic cum ex Aegypto reverteretur donatus a rege Nectanabĭde ducentis viginti talentis, quae ille muneri populo suo daret, venissetque in portum, qui Menelāi vocatur, iacens
361 inter Cyrēnas et Aegyptum, in morbum implicitus decessit.
7 Ibi eum amici, quo Spartam facilius perferre possent, quod mel non habebant, cera circumfuderunt atque ita domum rettulerunt.

XVIII.

1. Eumĕnes Cardianus. Huius si virtuti par data esset fortuna, non ille quidem maior exstitisset, quod magnos homines virtute metimur, non fortuna, sed multo illustrior at-
2 que etiam honoratior. Nam cum aetas eius incidisset in ea

3. *His*, näml. regiis, den Leuten des Königs. — *Agesilaum* gehört sowohl zu *quaerentibus* wie zum acc. c. inf. — *fidem facere* 'glaubhaft machen'; dazu im D. ein Hilfsverbum.

4. *verbis* 'im Namen'. — *vitulinam*, näml. carnem. — *eiusmodi* = talia. — *tempus* 'Lage'; *desiderabat* 'begehrenswert machte'. — *unguenta*, *coronae* ('Kränze'), *secunda mensa* ('Nachtisch') gehörten zu einem schwelgerischen Mahl.

6. *Nectanăbis* hatte den Gegenkönig Tachus vertrieben und Ages. für sich gewonnen. — *talentis*: 1 T. = rund 4800 Mark, vgl. I 7, 6. — *quae* ... *daret*, Absichtssatz. — *qui vocatur* entspricht unserm 'sogenannt'; der Menelaushafen lag, von Ägypten aus westlich, an der afrikan. Nordküste.

7. *quo* (= ut eo) *facilius*, d. h. ohne dafs der Leichnam verweste. — *cera*, nach der pers. Art des Einbalsamierens; die Lacedämonier bedienten sich gewöhnlich des Honigs.

---

1. Eumenes, der Geheimschreiber Philipps und Alexanders von Macedonien, hätte durch seine Tüchtigkeit wohl noch höhern Ruhm erlangt, wenn ihm nicht seine Abkunft hinderlich gewesen wäre.

1. *par* 'entsprechend'. — *non ille quidem*, im D. liegt der Ton nicht auf dem Pronomen, sondern auf dem Prädikat (*maior*) 'bedeutender'.

2. *aetas* 'Lebenszeit'; zu *incidisset*

tempora, quibus Macedŏnes florerent, multum ei detraxit inter
eos viventi, quod alienae erat civitatis; neque aliud huic de-
fuit quam generosa stirps. Etsi enim domestico summo ge- 3
nere erat, tamen Macedones eum sibi aliquando anteponi
indigne ferebant. Neque tamen non patiebantur: vincebat
enim omnes cura, vigilantia, patientia, calliditate et celeritate
ingenii. Hic peradulescentulus ad amicitiam accessit Philippi, 4
Amyntae filii, brevique tempore in intimam pervenit familiari-
tatem. Fulgebat enim iam in adulescentulo indoles virtutis.
Itaque eum habuit ad manum scribae loco, quod multo apud 5
Graios honorificentius est quam apud Romanos. Namque apud
nos re vera, sicut sunt, mercennarii scribae existimantur; at
apud illos e contrario nemo ad id officium admittitur nisi
honesto loco et fide et industria cognita, quod necesse est
omnium consiliorum eum esse participem. Hunc locum tenuit 6
amicitiae apud Philippum annos septem. Illo interfecto eodem 336
gradu fuit apud Alexandrum annos tredecim. Novissimo tem-
pore praefuit etiam alterae equitum alae, quae hetaerĭcē appel-
labatur. Utrique autem in consilio semper adfuit et omnium
rerum habitus est particeps.

2. Alexandro Babylōne mortuo, cum regna singulis fami- 323
liaribus dispertirentur et summa rerum tradita esset tuenda
eidem, cui Alexander moriens anulum suum dederat, Perdic-

vgl. A. B. 16. — *florerent*: die Blütezeit des macedon. Reiches umfaſst die Regierungsjahre des Königs Philipp (359—336) und seines Sohnes, Alexanders d. Gr. (336—323). — *detraxit* 'war nachteilig'; *quod* 'daſs'. — *erat* 'er stammte aus'. — *generosa stirps*, d. i. die Abstammung aus einem edlen maced. Geschlechte.

3. *domestico* '(aus einem) in seiner Heimat'. — *aliquando* hier 'manchmal'. — *Neque tamen non patiebantur* 'Dennoch muſsten sie es geschehen lassen'. — *patientia* 'Ausdauer'. — *ingenii* gehört auch zu *calliditate*, sodaſs *call. et celer. ingenii* das 4. Glied bilden.

4. *peradulescentulus*, vgl. Kap. 13, 1. — *accessit ad* 'gewann'; beachte die eigentl. Bedeutung von *accedere* im Vergleich zu *pervenit in intimam familiaritatem*. — *indoles virtutis* 'die Anlage zu einem tüchtigen Mann'.

5. *ad manum* 'zur Seite'. — *scriba* ist hier nicht ein gewöhnlicher Schreiber, sond. 'Geheimschreiber, Geheimsekretär'; *loco* 'als'. — *re vera* 'genau genommen'. — Betone *sunt* 'wirklich sind'; Prädikatsnomen ist *mercennarii*. — *honesto loco*, näml. natus. — *fide et industria cognita* ('erprobt'; das Partizip gehört zu beiden Substantiven) sind nicht ablat. absol., sondern qualit. — *participem* 'eingeweiht in'.

6. *novissimus* 'der letzte'. — *alterae*, selten statt alteri. — *hetaerice*, ein griech. Fremdwort, 'die Reiterei der Freunde', näml. des Königs, die Leibgarde. — *in consilio adfuit* 'stand als Ratgeber zur Seite'.

2. Nach Alexanders Tode erhält Eumenes die Anwartschaft auf Cappadocien und entscheidet sich für Perdiccas, während ihn Leonnatus, wenn auch ohne Erfolg, für sich zu gewinnen sucht.

1. *summa rerum* 'die höchste Gewalt', *tuenda* 'zur Aufrechterhaltung'; besser die 'Aufrechterhaltung der höchsten Gewalt'.

2 cae (ex quo omnes coniecerant eum regnum ei commisisse, quoad liberi eius in suam tutelam pervenissent; aberat enim Cratĕros et Antipăter, qui antecedere hunc videbantur; mortuus erat Hephaestio, quem unum Alexander, quod facile intellegi posset, plurimi fecerat): hoc tempore data est Eumeni Cappadocia sive potius dicta; nam tum in hostium erat
3 potestate. Hunc sibi Perdiccas adiunxerat magno studio, quod in homine fidem et industriam magnam videbat, non dubitans, si eum pellexisset, magno usui fore sibi in iis rebus, quas apparabat. Cogitabat enim, quod fere omnes in magnis imperiis concupiscunt, omnium partis corripere atque complecti.
4 Neque vero hoc ille solus fecit, sed ceteri quoque omnes, qui Alexandri fuerant amici. Primus Leonnātus Macedoniam praeoccupare destinavit. Is multis magnisque pollicitationibus persuadere Eumeni studuit, ut Perdiccam desereret ac secum
5 faceret societatem. Cum perducere eum non posset, interficere conatus est; et fecisset, nisi ille clam noctu ex praesidiis eius effugisset.

3. Interim conflata sunt illa bella, quae ad internecionem post Alexandri mortem gesta sunt, omnesque concurrerunt ad
321 Perdiccam opprimendum. Quem etsi infirmum videbat, quod unus omnibus resistere cogebatur, tamen amicum non deseruit
2 neque salutis quam fidei fuit cupidior. Praefecerat hunc Perdiccas ei parti Asiae, quae inter Taurum montem iacet atque Hellespontum, et illum unum opposuerat Europaeis adversariis; ipse Aegyptum oppugnatum adversus Ptolemaeum erat

2. *quoad ... pervenissent*, Gedanke der *omnes*. — *in suam tutelam* 'zur Mündigkeit'; eigentlich? — *unum* verbinde mit *plurimi* 'am allerhöchsten'. — *quod facile intellegi posset*, d. i. eine Sache, die man (od. von der Art, dafs man sie) leicht bemerken konnte. — Mit *hoc tempore* wird die weit entfernte Zeitangabe am Anfange des Kapitels wieder ins Gedächtnis gerufen; im D. setze 'also' hinzu. — *dicta* hier 'zugesagt', Wortspiel mit *data*.

3. *in homine* = in eo. — Zu *non dubitans* vgl. A. B. 1[h]. — *fore*, näml. eum. — *in magnis imperiis* 'im Besitze grofser Herrschaft'. — *partis* (A. B. 1[b]) 'die Anteile', d. i. regna oder provincias, vgl. oben § 1 *cum regna singulis familiaribus dispertirentur*.

4. *Neque vero* s. A B. 20. — *hoc*, näml. dafs er solche Absichten hegte. — *praeoccupare*, in *prae* liegt der Begriff: bevor ihm ein anderer zuvorkäme. — *multis magnisque*, wir blofs 'viele grofse'.

5. *ex praesidiis eius* 'aus dem Bereich seiner Posten'.

3. In den Diadochenkämpfen hält Eum. treu zu Perdiccas und ficht in Kleinasien mit grofser Klugheit gegen Antipater und Craterus.

1. *concurrerunt* 'vereinigten ihre Angriffe'. — *infirmum* (esse) 'zu schwach'. — *cogor* 'ich bin od. sehe mich genötigt'. — *salus* '(eigener) Erfolg'. — *fides* 'Bewahrung der Treue'. — *cupidior* 'eifriger bedacht auf ...'.

2. *Taurus mons*, im D. Zusammensetzung mit 'Gebirge'. — *oppugnatum* Supin.

profectus. Eumenes cum neque magnas copias neque firmas 3
haberet, quod et inexercitatae et non multo ante erant contractae, adventare autem dicerentur Hellespontumque transisse Antipater et Crateros magno cum exercitu Macedonum, viri
cum claritate tum usu belli praestantes (Macedones vero mi- 4
lites ea tunc erant fama, qua nunc Romani feruntur; etenim semper habiti sunt fortissimi, qui summa imperii potirentur): Eumenes intellegebat, si copiae suae cognossent, adversus quos ducerentur, non modo non ituras, sed simul cum nuntio
dilapsuras. Itaque hoc ei visum est prudentissimum consilium, 5
ut deviis itineribus milites duceret, in quibus vera audire non possent, et iis persuaderet se contra quosdam barbaros pro-
ficisci. Atque tenuit hoc propositum et prius in aciem exer- 6
citum eduxit proeliumque commisit, quam milites sui scirent, cum quibus arma conferrent. Effecit etiam illud locorum praeoccupatione, ut equitatu potius dimicaret, quo plus valebat, quam peditatu, quo erat deterior.

4. Quorum acerrimo concursu cum magnam partem diei esset pugnatum, cadit Crateros dux et Neoptolĕmus, qui secundum locum imperii tenebat. Cum hoc concurrit ipse Eu-
menes. Qui cum inter se complexi in terram ex equis deci- 2
dissent, ut facile intellegi possent inimica mente contendisse animoque magis etiam pugnasse quam corpore, non prius distracti sunt, quam alterum anima relinqueret. Ab hoc aliquot plagis Eumenes vulneratur, neque eo magis ex proelio ex-
cessit, sed acrius hostibus institit. Hic equitibus profligatis, 3
interfecto duce Cratero, multis praeterea et maxime nobilibus

3. *Eum. cum* usw. Der Nachsatz beginnt erst mit *Eumenes intellegebat* § 4, wo der Deutlichkeit halber das Subjekt noch einmal wiederholt ist. — *magnas* 'viele', *firmas* 'zuverlässige'. — *viri*, im D. füge 'zwei' hinzu. — *usus belli* 'Kriegserfahrung'.

4. *qua . . . feruntur* wörtlich 'wovon . . . getragen werden', d. i. 'worin . . . stehen'. — Zu *cognossent* vgl. A. B. 16. — *simul cum nuntio*, d. i. simulac nuntium accepissent.

5. *deviis* verbinde im D. mit *itineribus* zu einem Worte. — *quosdam* hier geringschätzig.

6. *tenuit* 'hielt daran fest', d. i. 'führte durch'. — Über *cum quibus* vgl. A. B. 1c. — *arma conferre* 'den Kampf aufnehmen'.

4. Im entscheidenden Kampfe giebt Eum. Proben persönlicher Tapferkeit und läfst dem gefallenen Gegner die gebührende Ehre angedeihen.

1. *Quorum* bezieht sich auf die beiden genannten feindlichen Parteien, besonders die Reiterei. — *locum imperii* 'Befehlshaberstelle'. — *Cum hoc* 'Mit dem letzteren'.

2. *inter se* 'sich gegenseitig'. — *intellegi possent*, im D. unpersönlich. — *inimica mente* 'mit feindseliger Gesinnung', nicht blofs als hostes. — *animo magis etiam quam corpore* 'mit noch mehr Leidenschaft als körperlicher Anstrengung'. — *neque eo magis* 'aber trotzdem nicht'; eigentl.? — *acrius* 'nur noch hitziger'.

3. *Hic* 'Da', temporal; ähnlich 5, 1; 8, 1; 9, 2; 12, 1. — *interfecto duce Cratero.* Zu der Zeit, wo das Fufsvolk um Frieden bat, war Crat. bereits tot In § 4 werden die Um-

captis, pedester exercitus, quod in ea loca erat deductus, ut invito Eumene elabi non posset, pacem ab eo petiit. Quam cum impetrasset, in fide non mansit et se, simulac potuit, ad
4 Antipatrum recepit. Eumenes Craterum ex acie semivivum elatum recreare studuit; cum id non posset, pro hominis dignitate proque pristina amicitia (namque illo usus erat Alexandro vivo familiariter) amplo funere extulit ossaque in Macedoniam uxori eius ac liberis remisit.

5. Haec dum apud Hellespontum geruntur, Perdiccas apud Nilum flumen interficitur a Seleuco et Antigŏno, rerumque summa ad Antipatrum defertur. Hic, qui non deseruerant, exercitu suffragium ferente capitis absentes damnantur: in his Eumenes. Hac ille perculsus plaga non succubuit neque eo setius bellum administravit. Sed exiles res animi magnitu-
2 dinem etsi non frangebant, tamen minuebant. Hunc persequens Antigŏnus, cum omni genere copiarum abundaret, saepe in itineribus vexabatur, neque unquam ad manum accedere licebat nisi iis locis, quibus pauci multis possent resistere.
3 Sed extremo tempore, cum consilio capi non posset, multitudine circumitus est. Hinc tamen multis suis amissis se ex-
320 pedivit et in castellum Phrygiae, quod Nora appellatur, con-
4 fugit. In quo cum circumsederetur et vereretur, ne uno loco manens equos militares perderet, quod spatium non esset agitandi, callidum fuit eius inventum, quemadmodum stans iumentum concalfieri exercerique posset, quo et libentius cibo

stände seines Todes nachgeholt. — *in ea loca* 'auf ein solches Gelände', besser 'in eine (so mifsliche) Stellung'. — *invito Eumene* übers. nach A. B. 18ᶜ; ebenso § 4 *Alexandro vivo.* — *in fide non mansit* 'hielt den Vertrag nicht'; wörtlich? — *et* 'sondern'.

4. *elatum* löse auf nach A. B. 18ᵇ und füge 'liefs' hinzu; ebenso nachher bei *extulit.* — *pro* 'entsprechend'. — *uti familiariter* 'enge Beziehungen haben zu'. — *amplo funere* etwa 'mit grofsen Ehren'; eigentl.?

5. Nach dem Tode des Perdiccas wird Eum. geächtet, dann von Antigonus verfolgt und während des Winters in Nora belagert; im Frühling gelingt es ihm, sich zu befreien.

1. *rerum summa* wie 2, 1. — *qui non deseruerant* 'die nicht abtrünnig geworden waren', d. h. die Perdicc. als dem Reichsverweser (vgl. 2, 1) die schuldige Treue bewahrt hatten. So verurteilten also die wirklichen Deserteure die Pflichtgetreuen wegen Treubruchs! — *exercitu suffragium ferente* übersetze 'durch ein Kriegsgericht'; wörtlich? — *perculsus* löse als Einräumungssatz auf. — *neque eo setius* 'aber nichtsdestoweniger'. — *administravit* 'leitete (weiter)', weil er den Krieg für die Familie Alexanders führte. — *exiles res* 'seine kümmerliche Lage'. — *animi magnitudinem* 'seinen hohen Mut'.

2. *cum* ... *abundaret* Einräumungssatz; im Nachsatz füge 'doch' hinzu. — *neque unquam* ... *nisi*: A. B. 5. — *ad manum accedere*, eigentl. 'in den Bereich seiner Hand kommen', d. i. 'an ihn herankommen'. — *iis locis* 'an solchen Stellen'.

3. *extremo tempore* 'schliefslich'. — *consilio* 'durch planmäfsiges Vorgehen'. Subj. ist Eumenes.

4. *agitare* hier 'herumjagen'; das Objekt ergiebt sich aus dem Vorhergehenden. — *exercere* 'in starke Bewegung setzen, tummeln'. — *quo*

uteretur et a corporis motu non removeretur. Substringebat 5
caput loro altius, quam ut prioribus pedibus plane terram
posset attingere; deinde posterioribus cogebat exsultare et
calces remittere. Qui motus non minus sudorem excutiebat,
quam si in spatio decurreret. Quo factum est, quod omnibus 6
mirabile est visum, ut aeque nitida iumenta ex castello educeret, cum complures menses in obsidione fuisset, ac si in
campestribus ea locis habuisset. In hac conclusione, quotiens- 7
cumque voluit, apparatum et munitiones Antigoni alias incendit, alias disiecit. Tenuit autem se uno loco, quamdiu hiems fuit, quod castra sub divo habere non poterat. Ubi ver appropinquabat, simulata deditione, dum de condicionibus tractat, praefectis Antigoni imposuit seque ac suos omnes extraxit incolumis.

6. Ad hunc Olympias, mater quae fuerat Alexandri, cum litteras et nuntios misisset in Asiam consultum, utrum regnum repetitum in Macedoniam veniret (nam tum in Epiro habitabat)
et eas res occuparet, huic ille primum suasit, ne se moveret 2
et exspectaret, quoad Alexandri filius regnum adipisceretur; sin aliqua cupiditate raperetur in Macedoniam, oblivisceretur omnium iniuriarum et in neminem acerbiore uteretur imperio.
Horum illa nihil fecit. Nam et in Macedoniam profecta est 3
et ibi crudelissime se gessit. Petit autem ab Eumene absente, ne pateretur Philippi domus ac familiae inimicissimos stirpem
quoque interimere, ferretque opem liberis Alexandri. Quam 4

= ut eo. — *cibo uteretur* im D. ein Wort, s. zu I 8, 3. — *a motu removeri* 'ohne Bewegung bleiben'.

5. *calces remittere* 'nach hinten ausschlagen'. — *spatium* hier 'die Rennbahn'.

6. Verbinde *aeque nitida ac* (A. B. 8). — *cum ... fuisset* Einräumungssatz. — *complures menses*, genauer das ganze Jahr 319.

7. *In* 'Während'. — *alias ... alias* 'bald ... bald'. — *imponere alicui*, eigentl. 'einem etwas aufheften', d. i. 'einen täuschen'. — *incolumis*: A. B. 1^b.

6. Auf die Bitten von Alexanders Mutter Olympias erklärt sich Eum., obgleich er erst anderer Ansicht ist, bereit, zur Wiedergewinnung Macedoniens behilflich zu sein.

1. *fuerat*, das Plusquampf., weil Alexander nicht mehr lebte. — *consultum* u. *repetitum* Supina. — *utrum*, das zweite Glied der Frage ('oder nicht') ist unterdrückt. — *eas res* (näml. Macedonicas) *occuparet* 'sich der Herrschaft dort bemächtigen sollte'.

2. *primum* 'zuvörderst, in erster Linie'; das Zweite folgt von *sin aliqua* an. — *se movere* 'vorgehen'. — *et* 'sondern', wobei *ut* zu ergänzen ist (aus *ne*). — *Alexandri filius*, der damals etwa fünfjährige Alexander. Der andere Sohn Alexanders des Grofsen hiefs Herakles. — *aliqua cupiditate* 'durch ein besonderes Verlangen'. — *rapi* 'sich hingezogen fühlen'. — *oblivisceretur* u. *uteretur* ('ausüben') Konjunktive im Aufforderungssatz. Ebenso § 4 *pararet*. — *acerbiore* übersetze nach A. B. 7.

3. *se gerere* 'auftreten'. — *inimicissimos* (mit Gen.) 'die erbittertsten Feinde'. — *stirpem quoque*, näml. Philippi. — Zu *ferret* ergänze wieder *ut* (aus *ne*).

veniam si daret, quam primum exercitus pararet, quos sibi subsidio adduceret. Id quo facilius faceret, se omnibus praefectis, qui in officio manebant, misisse litteras, ut ei parerent
5 eiusque consiliis uterentur. His rebus Eumenes permotus satius duxit, si ita tulisset fortuna, perire bene meritis referentem gratiam quam ingratum vivere.

7. Itaque copias contraxit, bellum adversus Antigonum
317 comparavit. Quod una erant Macedones complures nobiles, in his Peucestes, qui corporis custos fuerat Alexandri, tum autem obtinebat Persidem, et Antigĕnes, cuius sub imperio phalanx erat Macedonum, invidiam verens (quam tamen effugere non potuit), si potius ipse alienigena summi imperii potiretur quam
2 aliquis Macedonum, quorum ibi erat multitudo, in principiis Alexandri nomine tabernaculum statuit in eoque sellam auream cum sceptro ac diademate iussit poni eoque omnes cotidie convenire, ut ibi de summis rebus consilia caperentur, credens minore se invidia fore, si specie imperii nominisque simulatione Alexandri bellum videretur administrari. Quod effecit.
3 Nam cum non ad Eumenis principia, sed ad regia convenire

4. *veniam* 'Einwilligung'; wie wird dann *quam* zu übersetzen sein? — *quam primum* übers. nach A. B. 3. — *adduceret*, der Konj. ist durch 'könnte' wiederzugeben. Ebenso bei *faceret*. — *quo* = ut eo. — Zu *se* ... *misisse* vgl. A. B. 17. — *uterentur* 'annehmen sollten'.

5. *fert* 'bringt es mit sich, fügt es'. — *bene meriti* 'Wohlthäter'. — *referentem* u. *ingratum*, die Accusative gehören zum (ausgelassenen) Subj. se.

7. Um mifsgünstigen Vorurteilen zu begegnen, trifft Eum. im Kampfe mit Antigonus seine Einrichtungen so, als ob er im Namen und Auftrag des gestorbenen Königs handelte.

1. *comparavit*, wegen des Satzbaus vgl. A. B. 1[1]. — *una*, Adv. 'in seiner Umgebung'. — Mit *invidiam verens* beginnt der Hauptsatz: davor stelle beim Übers. *statuit* ('liefs er . . .'). — *corporis custos*, eine Art Generaladjutant. — *quam tamen effugere non potuit*, wie nachher sein Ende bewies. — *si potius* usw. gehört zu *invidiam verens*. — *ipse* (starkbetontes 'er') *alienigena* 'als ein ...'. — *summi imperii* statt des sonst üblichen Ablativs.

2. *principia* hiefs bei den Römern der Hauptweg und der in dessen Mitte befindliche Hauptplatz des Lagers, wo sich die Altäre, Feldzeichen, das Zelt des Feldherrn und der Versammlungsplatz der Befehlshaber befanden, nach unserer Ausdrucksweise etwa 'das Hauptquartier'. Diese Einrichtung des römischen Lagers überträgt hier N. auf das griechische. — *Alexandri nomine*, des verstorbenen Königs. — *eo*, im D. mit anderer Auffassung des Ortsverhältnisses 'dort'. — *minore se invidia fore* 'er werde weniger beneidet sein' (ablat. qualit.). — *Alexandri* gehört sowohl zu *imperii* ('Oberbefehl') wie zu *nominis*. — *simulatione* 'unter Vorschützung'. Eumenes wollte den verstorbenen König gleichsam noch als Oberfeldherrn angesehen wissen, damit er selbst scheinbar im Range nicht höher stünde als die beim Heere befindlichen hohen macedonischen Befehlshaber.

3. *conveniretur* im D. aktivisch

tur atque ibi de rebus deliberaretur, quodammodo latebat, cum tamen per eum unum gererentur omnia.

8. Hic in Paraetăcis cum Antigono conflixit, non acie
instructa, sed in itinere, eumque male acceptum in Mediam 316
coēgit redire. Ipse in finitima regione Persidis hiematum
copias divisit, non ut voluit, sed ut militum cogebat volun
tas. Namque illa phalanx Alexandri Magni, quae Asiam 2
peragrarat deviceratque Persas, inveterata cum gloria tum
etiam licentia non parere se ducibus, sed imperare postula-
bat, ut nunc veterani faciunt nostri. Itaque periculum est,
ne faciant, quod illi fecerunt, sua intemperantia nimiaque
licentia ut omnia perdant, neque minus eos, cum quibus
steterint, quam adversus quos fecerint. Quod si quis illorum 3
veteranorum legat facta, paria horum cognoscat neque rem
ullam nisi tempus interesse iudicet. Sed ad illos revertar.
Hiberna sumpserant non ad usum belli, sed ad ipsorum
luxuriam longeque inter se discesserant. Hoc Antigonus cum 4
comperisset intellegeretque se parem non esse paratis ad-
versariis, statuit aliquid sibi consilii novi esse capiendum.
Duae erant viae, qua ex Medis, ubi ille hiemabat, ad ad-
versariorum hibernacula posset perveniri. Quarum brevior 5

mit 'man'. — *latebat* 'blieb im Hintergrunde'.

8. Ein Erfolg, den Eum. über Antigonus davongetragen, wird alsbald wieder zweifelhaft, da Antig. im Vertrauen auf die schlechte Zucht im Heere seines Gegners nach einem andern Plane aufs neue vorgeht.

1. *in Paraetacis*, der Name des Volkes für das Land. Ebenso § 4 *ex Medis*. — *acie instructa*, abl. abs., übers. 'in einer geordneten Schlacht'. — *male acceptum* 'nach üblem Empfange', von einem zurückgeschlagenen Angriffe. — *hiematum* Supin.

2. *inveterata* gehört auch zu *licentia* (abl. qualit.) 'altgewohnten Ruhmes wie auch Übermutes voll'. — *postulabat* mit acc. c. inf., eine sonst nicht gewöhnliche Konstr. — *veterani* hiefsen die altgedienten Krieger, welche die gesetzmäfsige Zahl von Feldzügen mitgemacht hatten, sich aber dann noch für längern Kriegsdienst anwerben liefsen. N. hat hier die zahlreichen Meutereien im Sinn, deren sich jene gegen das Ende der Republik schuldig machten. — *ut* ... *perdant*: diesen Satz, der die Erklärung zu *faciant* und *fecerunt* enthält, leite mit 'nämlich' ein. — *neque*: *que* 'und zwar'. — Zu *cum quibus* vgl. A. B. 1^c, zu *steterint* u. *fecerint* A. B. 16.

3. *Quod si* 'Wenn nun'; dazu A. B. 5. — *illorum*, der des Eumenes, *horum*, der römischen. Zu letzterem denke *facta* wiederholt. — *neque rem ullam* ... *iudicet*, d. i. et iudicet rem nullam; *interesse* 'einen Unterschied ausmache'; *nisi* A. B. 6. — *ad* (*usum* u. *luxuriam*) 'mit Rücksicht auf'; man schlug also die Quartiere nicht da auf, wo es im Interesse der Kriegführung hätte geschehen sollen, sondern an Plätzen, die für das Wohlleben der Veteranen möglichste Ausbeute versprachen.

4. *paratis* löse durch einen Bedingungssatz auf. — *statuit* fast gleichbedeutend mit censuit. — *aliquid novi consilii* = aliquod novum ('ungewöhnlich') consilium. — *qua*, Adv.

per loca deserta, quae nemo incolebat propter aquae inopiam, ceterum dierum erat fere decem; illa autem, qua omnes commeabant, altero tanto longiorem habebat anfractum, sed
6 erat copiosa omniumque rerum abundans. Hac si proficisceretur, intellegebat prius adversarios rescituros de suo adventu, quam ipse tertiam partem confecisset itineris; sin per loca sola contenderet, sperabat se imprudentem hostem op-
7 pressurum. Ad hanc rem conficiendam imperavit quam plurimos utres atque etiam culleos comparari, post haec pabulum, praeterea cibaria cocta dierum decem, ut quam minime fieret ignis in castris. Iter quo habeat, omnis celat. Sic paratus, qua constituerat, proficiscitur.

9. Dimidium fere spatium confecerat, cum ex fumo castrorum eius suspicio allata est ad Eumenem hostem appropinquare. Conveniunt duces: quaeritur, quid opus sit facto. Intellegebant omnes tam celeriter copias ipsorum contrahi non
2 posse, quam Antigonus adfuturus videbatur. Hic omnibus titubantibus et de rebus summis desperantibus Eumenes ait, si celeritatem velint adhibere et imperata facere, quod ante non fecerint, se rem expediturum. Nam quod diebus quinque hostis transisse posset, se effecturum, ut non minus totidem dierum spatio retardaretur. Quare circumirent, suas quisque
3 contraheret copias. Ad Antigoni autem refrenandum impetum tale capit consilium. Certos mittit homines ad infimos montes,

5. Zu *per loca deserta* gehört auch schon *erat* 'ging'. — *dierum decem*, gen. qualit. 'zehn Tagemärsche lang'. — *altero tanto* 'um ein zweites Soviel', d. i. 'um das Doppelte'. — *copiosa* 'reich an Vorräten'.

6. *adventus* 'das Heranrücken'. — Vor *tertiam* füge 'auch nur' ein. — *sola* 'einsame'. — *imprudentem* kann durch einen Nebensatz mit 'ohne dafs' wiedergegeben werden.

7. *quam plurimos*: A. B. 8; ebenso *quam minime*. — *cullei* 'lederne Säcke' wurden gewöhnlich nicht zum Fortschaffen von Wasser gebraucht, daher *atque etiam* ('sogar'). — *post haec* = deinde. — *iter habere aliquo* 'seinen Marsch wohin richten'. — *omnis*: A. B. 1[b].

9. Während alle andern bei der Annäherung des Antigonus den Kopf verlieren, gelingt es Eumenes im letzten Augenblick den Plan des Gegners zu vereiteln.

1. *ex fumo* 'infolge ...'; man hatte also das Anzünden von Lagerfeuern doch nicht ganz vermeiden können. — *suspicio*, im D. etwas freier 'die Meldung, man vermute'. — *facto*, der Abl. des Partiz., in dieser Konstr. gleichbedeutend mit dem Inf. — *videbatur* kann durch ein Adv. ('voraussichtlich, vermutlich') wiedergegeben werden.

2. *de rebus summis desperare* 'alles verloren geben'. — *ante*, Adv. — *rem expedire* 'eine Sache erledigen, Abhilfe schaffen'. — *quod (posset)* 'was das anlange, dafs', einfacher 'wenn'. — *transisse*, näml. in Persidem, intrans. 'herübergekommen sein'. — *spatio*, abl. mensurae (od. differentiae) auf die Frage 'um wie viel?'. Davon hängt ab *non minus totidem dierum* mit der üblichen Auslassung von quam nach *minus*. — *circumirent* u. *contraheret*, Konjunktive der Aufforderung in der abhäng. Rede.

3. *certos homines* 'zuverlässige Leute'. — *ad infimos montes* 'an

qui obvii erant itineri adversariorum, iisque praecipit, ut prima
nocte, quam latissime possint, ignis faciant quam maximos,
atque hos secunda vigilia minuant, tertia perexiguos reddant, 4
ut adsimulata castrorum consuetudine suspicionem iniciant
hostibus iis locis esse castra ac de eorum adventu esse prae-
nuntiatum; idemque postera nocte faciant. Quibus imperatum 5
erat, diligenter praeceptum curant. Antigonus tenebris obortis
ut ignis conspicatur, credit de suo adventu esse auditum et
adversarios illuc suas contraxisse copias. Mutat consilium et, 6
quoniam imprudentes adoriri non posset, flectit iter suum et
illum anfractum longiorem copiosae viae capit, ibique diem
unum opperitur ad lassitudinem sedandam militum ac refi-
cienda iumenta, quo integriore exercitu decerneret.

10. Sic Eumenes callidum imperatorem vicit consilio
celeritatemque impedivit eius; neque tamen multum profecit.
Nam invidia ducum, cum quibus erat, perfidiaque Macedonum 2
veteranorum, cum superior proelio discessisset, Antigono est 315
deditus, cum exercitus ei ter ante separatis temporibus iurasset
se eum defensurum neque unquam deserturum. Sed tanta fuit
nonnullorum virtutis obtrectatio, ut fidem amittere mallent
quam eum non perdere. Atqui hunc Antigonus, cum ei fuisset 3
infestissimus, conservasset, si per suos esset licitum, quod ab
nullo se plus adiuvari posse intellegebat in iis rebus, quas
impendere iam apparebat omnibus. Imminebant enim Seleucus,
Lysimăchus, Ptolemaeus, opibus iam valentes, cum quibus ei

den Fufs der Berge'. Ähnlich gleich nachher *prima nocte* 'bei Beginn der Nacht'; es bildet den Gegensatz zu *secunda* und *tertia vigilia*, nicht zu *postera nocte*. Bei den Griechen war die Nacht in drei, bei den Römern in vier Nachtwachen geteilt. — *quam latissime possint* im D. kürzer 'auf möglichst weitem Raume'.

4. *adsimulata*, im D. ein Substantiv mit 'durch'. — *adventu* wie 8, 6.

5. *esse auditum*, im D. aktivisch mit 'man'.

6. *imprudentes*, näml. *adversarios* 'sie', s. zu 8, 6. — *sedare lassitudinem alicuius* 'jemanden ausruhen lassen'; *reficere* 'sich erholen lassen'. Im D. setze für die Gerundivkonstr. den Inf. mit 'um zu'. — *quo* = ut eo. — *decernere* 'den Entscheidungskampf bestehen'.

10. Eum. kann sich seines Erfolgs nicht freuen, da seine eigenen Leute ihn an Antigonus verraten: dieser hätte ihn am liebsten geschont, mufs aber dem Drängen der eifersüchtigen Kameraden nachgeben.

1. Zu *neque tamen* vgl. A. B. 20.

2. *cum quibus* (A. B. 1c) *erat* = quos secum habebat. — *cum discessisset*, ebenso *cum iurasset* und § 3 *cum fuisset* Einräumungssätze. — Zu *neque unquam* s. A. B. 5. — *nonnullorum*, gen. subiect., im D. 'bei . . .': *virtutis* (näml. Eumenis), gen. obiect.; *obtrectatio* ist hier die cupiditas obtrectandi. — *fidem* 'ehrliche Gesinnung'.

3. *per* hier 'um . . . willen' od. 'mit Rücksicht auf'. — *apparebat omnibus* wird im D. ein eingeschobener Satz mit 'wie', *impendere* dagegen Hauptverbum. — *imminebant* 'standen ihm drohend gegenüber, bedrohten ihn'; eigentlich?

4 de summis rebus erat dimicandum. Sed non passi sunt ii, qui circa erant, quod videbant Eumene recepto omnis prae illo parvi futuros. Ipse autem Antigonus adeo erat incensus, ut nisi magna spe maximarum rerum leniri non posset.

11. Itaque cum eum in custodiam dedisset et praefectus custodum quaesisset, quemadmodum servari vellet, 'Ut acerrimum', inquit, 'leonem aut ferocissimum elephantum'. Non-
2 dum enim statuerat, conservaret eum necne. Veniebat autem ad Eumenem utrumque genus hominum, et qui propter odium fructum oculis ex eius casu capere vellent, et qui propter veterem amicitiam colloqui consolarique cuperent; multi etiam, qui eius formam cognoscere studebant, qualis esset, quem tam diu tamque valde timuissent, cuius in pernicie positam spem
3 habuissent victoriae. At Eumenes, cum diutius in vinclis esset, ait Onomarcho, penes quem summa erat custodiae, se mirari, quare iam tertium diem sic teneretur; non enim hoc convenire Antigoni prudentiae, ut sic uteretur devicto; quin
4 aut interfici aut missum fieri iuberet. Hic cum ferocius Onomarcho loqui videretur, 'Quid? tu', inquit, 'animo si isto eras, cur non in proelio cecidisti potius, quam in potestatem inimici
5 venires?' Huic Eumenes: 'Utinam quidem istud evenisset! Sed eo non accidit, quod nunquam cum fortiore sum congressus. Non enim cum quoquam arma contuli, quin is mihi succubuerit. Non virtute hostium, sed amicorum perfidia decidi' Neque id erat falsum.

12. De hoc Antigonus cum solus constituere non auderet,

— *summae res* hier = summa rerum.

4. *ii, qui circa* (eum) *erant*, im D. ein Substant. — *Eumene recepto*, näml. in gratiam. — *omnis*: A. B. 1[b]; *prae illo* 'vor jenem', d. i. 'im Vergleiche mit jenem'; *parvi*, gen. pretii. — *Ipse* 'Persönlich', im Gegensatze zu den polit. Erwägungen, die es ihm nahe gelegt hatten, Eum. zu schonen. — Zu *nisi* . . . *non* vgl. A. B. 5. — *incensus*, näml. ira. — *maximarum rerum* 'auf das Gröfste', d. i. auf die höchste Macht.

11. Wie es Eumenes in der Gefangenschaft erging.

1. *quaesisset*, näml. ex Antigono. — Zu *servari* vgl. A. B. 1[f]. — *conservaret eum* ist erstes Glied einer Doppelfrage, hier ohne utrum.

2. *utrumque* 'beiderlei'. — *qui* 'solche, die'. — *fructum oculis* (Dat.) *capere ex* 'die Augen weiden an'; eigentl.? — *colloqui consolarique*, im D. füge das Pronomen hinzu. — *qualis esset* 'wie der Mann aussähe'.

3. *uti* hier 'behandeln'. — *quin* im Hauptsatze 'vielmehr' mit dem Konj. der Aufforderung; in unabhäng. Rede würde dafür der Imperat. stehen. — *missum facere* 'frei lassen'.

4. Zu *ferocius* vgl. A. B. 7. — *quam* 'als dafs'.

5. *Huic Eumenes*, im Zwiegespräch wird beim Wechsel der Personen das Verbum des Sagens nicht selten weggelassen. — *Utinam quidem* 'Ja wenn doch nur'. — *eo* = propterea. — *cum fortiore* 'mit e. Stärkeren'. — *arma conferre* 'fechten'. — *quin* 'ohne dafs'. — *decidere* '(so) tief fallen'.

12. Eum. findet, obgleich Antigonus bemüht ist, seine Hinrichtung möglichst hinauszuschieben, ein schnelles Ende.

ad consilium rettulit. Hic cum omnes primo perturbati ad-
mirarentur non iam de eo sumptum esse supplicium, a quo
tot annos adeo essent male habiti, ut saepe ad desperationem
forent adducti, quique maximos duces interfecisset, denique in 2
quo uno tantum esset, ut, quoad ille viveret, ipsi securi esse
non possent, interfecto nihil habituri negotii essent, postremo,
si illi redderet salutem, quaerebant, quibus amicis esset usurus;
sese enim cum Eumene apud eum non futuros. Sic cognita 3
consilii voluntate tamen usque ad septimum diem deliberandi
sibi spatium reliquit. Tum autem, cum iam vereretur, ne qua
seditio exercitus oreretur, vetuit quemquam ad eum admitti,
et cotidianum victum removeri iussit. Nam negabat se ei vim
allaturum, cui aliquando fuisset amicus. Hic tamen non 4
amplius quam triduum fame fatigatus, cum castra moverentur,
insciente Antigono iugulatus est a custodibus.

13. Sic Eumenes annorum V et XL, cum ab anno vice-
simo, uti supra ostendimus, VII annos Philippo apparuisset,
XIII apud Alexandrum eundem locum obtinuisset, in his
unum equitum alae praefuisset, post autem Alexandri Magni
mortem imperator exercitus duxisset summosque duces partim
reppulisset, partim interfecisset, captus non Antigoni virtute,
sed Macedonum periurio talem habuit exitum vitae. In quo 2
quanta omnium fuerit opinio eorum, qui post Alexandrum
Magnum reges sunt appellati, ex hoc facillime potest iudicari,
quod, quorum nemo Eumene vivo rex appellatus est, sed prae-

1. *ad consilium rettulit* 'brachte die Sache vor den Kriegsrat'. — *Hic cum* usw. Der Nachsatz beginnt mit *postremo*, welches dem *primo* ('zunächst') entspricht. — (*supplicium*) *sumere* 'vollziehen'; betone *de eo* ('an dem Manne'), weil es auf die drei folgenden Relativsätze hinweist. — *male habere aliquem* 'jemandem übel mitspielen'. — *forent* = essent. — *quique* = et qui.

2. *denique* 'kurz'. — *in aliquo est tantum* 'jemand ist von so großer Bedeutung', eigentl. es steckt in ihm so viel. — Zu *interfecto* (näml. illo) vgl. A. B. 1^1; im D. empfiehlt sich die Unterordnung mit 'während'. — *nihil negotii* 'keine Schwierigkeiten'; eigentl.? — *redderet salutem* 'das Leben schenkte', nachdem es verwirkt war. — *uti aliquo amico* 'jemanden zum Freunde haben'. — Zu *sese futuros* vgl. A. B. 17.

3. Zu *ne qua* vgl. A. B. 5. — *negabat*, im D. 'sagte' mit folgender Negation.

4. *fatigare* hier 'quälen'. Das Partizip löse auf nach A. B. 18^b.

13. Welche Bedeutung Eum. besaß, ergiebt sich am deutlichsten aus dem Verhalten seiner Rivalen nach seinem Tode.

1. *annorum V et XL*, gen. qual., bedarf im D. der Ergänzung 'im Alter von . . .'. — *supra*, Kap. 1, § 4 und 6. — *apparere alicui* 'dienen', besonders bei einer obrigkeitlichen oder andern hochgestellten Person. — *in his*, näml tredecim annis; *unum*, näml. annum

2. *In quo quanta* (= *Quanta* autem *in* eo) *omnium fuerit opinio* 'Eine wie hohe Meinung aber alle von ihm gehegt haben'; eigentl.? — *ex hoc, quod* aus der Thatsache, daß'. — *quorum* = cum ('während') eorum. — *appellatus est* 'sich nennen ließ'. — Zu *prae-*

3 fectus, iidem post huius occasum statim regium ornatum nomenque sumpserunt neque, quod initio praedicarant, se Alexandri liberis regnum servare, praestare voluerunt, et hoc uno propugnatore sublato, quid sentirent, aperuerunt. Huius sceleris principes fuerunt Antigonus, Ptolemaeus, Seleucus,
4 Lysimăchus, Cassandrus. Antigonus autem Eumenem mortuum propinquis eius sepeliundum tradidit. Hi militari honestoque funere, comitante toto exercitu, humaverunt ossaque eius in Cappadociam ad matrem atque uxorem liberosque eius deportanda curarunt.

XIX.

1. Phocīon Atheniensis etsi saepe exercitibus praefuit summosque magistratus cepit, tamen multo eius notior est integritas vitae quam rei militaris labor. Itaque huius memoria est nulla, illius autem magna fama, ex quo cognomine Bonus
2 est appellātus. Fuit enim perpetuo pauper, cum divitissimus esse posset propter frequentes delatos honores potestatesque

fectus ('nur St.') ist als Subj. 'jeder' aus *nemo* zu ergänzen.

3. *iidem*, vgl. A. B. 18b. — *statim regium ornatum nomenque sumpserunt* ist nicht richtig, da dies erst im J. 306 geschah. Dagegen ist richtig, dafs sie seit dem Tode des Eumenes die Sache der Familie Alexanders immer offener verrieten. — *se servare* führe im D. durch 'nämlich' ein. — *et* 'sondern'. — *propugnatore*, für die Rechte der Familie Alexanders; *sublato* übers. nach A. B. 18c; ähnl. nachher *comitante*. — *sentirent* 'im Sinne hätten'. — *principes fuerunt* 'gingen dabei voran'. — *Cassandrus*, Sohn des Antipater. Die gewöhnlichere lat. Form ist Cassander. Er warf sich in Macedonien zum König auf, *Antigonus* und *Seleucus* in Asien, *Ptolemaeus* in Ägypten, *Lysimachus* in Thracien.

4. *Eumenem mortuum* 'den Leichnam des Eum.'. — *militari honestoque funere*, im D. mit Weglassung des Bindeworts 'mit einer ehrenvollen militärischen Leichenfeierlichkeit'. — *humaverunt* (v. humus) 'bestatteten ihn'. Hier nicht von wirklicher Beerdigung, sondern (wie 4, 4 *extulit*) nur von der feierlichen Verbrennung des Leichnams, da die aus der Asche gesammelten Gebeine nachher fortgesendet wurden. — *deportanda curarunt* 'liefsen überführen'.

---

1. Der Athener Phocion stand weniger wegen seiner politischen Leistungen als wegen seiner Rechtschaffenheit und Uneigennützigkeit in hohem Ansehen.

1. *rei militaris labor* 'Thätigkeit im Kriege'; darauf geht *huius*. — *memoria est nulla* 'ist (so gut wie) gar nicht die Rede', im Vergleich zu dem grofsen Ruhme seiner Rechtschaffenheit. Der Ausdruck ist des Gegensatzes halber etwas zu stark gewählt, denn Ph. war ein anerkannt tüchtiger Feldherr. — *magna* ist Prädikat. — *ex quo* 'woher'.

2. *cum . . . posset* ('hätte können') Einräumungssatz. — *potestates* 'Machtbefugnisse'.

summas, quae ei a populo dabantur. Hic cum a rege Philippo 3
munera magnae pecuniae repudiaret, legatique hortarentur accipere simulque admonerent, si ipse his facile careret, liberis tamen suis prospiceret, quibus difficile esset in summa paupertate tantam paternam tueri gloriam, his ille 'Si mei similes 4
erunt, idem hic', inquit, 'agellus illos alet, qui me ad hanc dignitatem perduxit; sin dissimiles sunt futuri, nolo meis impensis illorum ali augerique luxuriam'.

2. Idem cum prope ad annum octogesimum prospera pervenisset fortuna, extremis temporibus magnum in odium venit suorum civium: primo, quod cum Demăde de urbe tra- 2
denda Antipătro consenserat, eiusque consilio Demosthĕnes 322
cum ceteris, qui bene de re publica meriti existimabantur, populiscito in exsilium erant expulsi. Neque in eo solum offenderat, quod patriae male consuluerat, sed etiam, quod amicitiae fidem non praestiterat. Namque auctus adiutusque 3
a Demosthene eum, quem tenebat, ascenderat gradum, cum adversus Charētem eum subornaret; ab eodem in iudiciis, cum capitis causam diceret, defensus aliquotiens liberatus discesserat.

3. *a rege Philippo munera* = munera a rege Philippo missa. Philipp von Macedonien, 359—336. — *munera magnae pecuniae*, wir 'grofse Geldgeschenke'. — *hortarentur accipere* statt des gewöhnl. ut (ea) acciperet. — *careret*, im D. Inf. mit 'könnte'. — *prospiceret*, Aufforderungssatz ohne ut.

4. *mei* nicht von meus, sondern von ego! — Mit *sunt futuri* ('werden sollen') wird auf eine Möglichkeit hingewiesen, an der Phocion nichts ändern könne. — *meis impensis*, d. h. auf Kosten meines Gewissens und guten Namens, die er beide durch die Annahme macedonischer Geschenke aufgeopfert hätte.

2. Durch mehrere politische Mafsregeln, besonders auch dadurch, dafs er seinen frühern Freund Demosthenes fallen liefs, machte sich Phocion in seinen letzten Lebensjahren beim Volke unbeliebt.

1. *extremis temporibus*, näml. vitae, 'in seinen letzten Jahren'.

2. *primo, quod*. Der zweite Grund folgt erst § 4, jedoch in etwas veränderter Form. — *Demades*, ein athenischer Redner und Staatsmann, zur macedonischen Partei gehörig und Gegner des *Demosthenes*, der seinerseits als hervorragendster attischer Redner und unversöhnlicher Gegner König Philipps bekannt ist. Als sich die Athener nach Alexanders Tode erhoben hatten, um im Lamischen Kriege (323—322) das macedon. Joch abzuschütteln, wurden sie von Antipater, dem Verwalter Macedoniens, besiegt und traten nun durch Phocion u. Demades mit ihm in Unterhandlung, um die Übergabe der Stadt (*de urbe Antipatro tradenda*) abzuwenden. Dabei machte allerdings Antipater die Auslieferung des Demosth. und anderer Gegner der Macedonier zur Bedingung; doch ist anderweit nicht bekannt, dafs Phocion von Demosth. jemals unterstützt worden wäre. — *Demosthenes cum ceteris* = Dem. ceterique. — *amicitiae*, Dativ.

3. *auctus* 'gehoben'. — *eum* (Phocionem) *subornaret* (Demosthenes) 'anstiftete', um *Chares* zu stürzen; dieser, ein Zeitgenosse des Demosth., war ein Feldherr von zweifelhaftem Charakter und wenig glücklichen Erfolgen. — *capitis causam dicere* 'auf Leben und Tod angeklagt sein'.

Hunc non solum in periculis non defendit, sed etiam prodidit.
4 Concidit autem maxime uno crimine, quod, cum apud eum summum esset imperium et Nicanŏrem, Cassandri praefectum,
318 insidiari Piraeo a Dercȳlo moneretur, idemque postularet, ut provideret, ne commeatibus civitas privaretur, huic audiente populo Phocion negavit esse periculum, seque eius rei obsidem
5 fore pollicitus est. Neque ita multo post Nicānor Piraeo est potitus, sine quo Athenae omnino esse non possunt. Ad quem recuperandum cum populus armatus concurrisset, ille non modo neminem ad arma vocavit, sed ne armatis quidem praeesse voluit.

3. Erant eo tempore Athenis duae factiones, quarum una populi causam agebat, altera optimatium. In hac erat Phocion et Demetrius Phalēreus. Harum utraque Macedŏnum patrociniis utebatur. Nam populares Polyperchonti favebant,
2 optimates cum Cassandro sentiebant. Interim a Polyperchonte Cassandrus Macedonia pulsus est. Quo facto populus superior factus statim duces adversariae factionis capitis damnatos
317 patria propulit, in his Phociōnem et Demetrium Phalerĕum, deque ea re legatos ad Polyperchontem misit, qui ab eo
3 peterent, ut sua decreta confirmaret. Huc eodem profectus est Phocion. Quo ut venit, causam apud Philippum regem

4. *crimen* 'Vorwurf'; dessen Inhalt (mit 'nämlich' anzuführen) ist, mit Wiederholung des Subjekts, in *quod . . . huic Phocion negavit* enthalten. — *Cassander*, Antipaters Sohn, warf sich nach dessen Tode (319) zum König in Macedonien auf. Sein Unterfeldherr *Nicānor* befehligte die macedon. Besatzung, die seit 322 im Hafen Munychia lag. *Dercylus* dagegen war ein Feldherr der Athener.

5. *Neque* 'Aber nicht'; *ita* 'eben, gar'. — *Ad quem* usw. konstr.: *Cum* ('Während nun') *populus ad* hunc *recuperandum a. c.* — *praeesse* 'die Führung übernehmen'. — *ille non modo* usw.: andere berichten, Phocion habe zwar die ersten Warnungen vernachlässigt, aber als Nicanor wirklich eingedrungen sei, habe er die Bürger gegen ihn aufgeboten, bei diesen jedoch keinen Gehorsam gefunden.

3. Phocion wird von der Volkspartei in Athen verbannt und wendet sich nach Macedonien, wird aber von hier aus den Athenern zur Aburteilung ausgeliefert

1. *causam alicuius agere* 'jemandes Sache vertreten, für ihn wirken'. Das Obj. *causam* gehört auch zu *optimatium* und ist im D. bloſs durch den Artikel anzudeuten. — *Demetrius* aus *Phalēron* besorgte von 317—307 im Auftrag Cassanders die Verwaltung des athenischen Staates. — Über den Plural *patrociniis* vgl. A. B. 9. — *Polyperchon* (gewöhnlicher Polysperchon) wurde nach Antipaters Tode im Jahre 318 Vormund der Familie Alexanders, lebte aber mit Cassander in Feindschaft.

2. *populus* 'die Volkspartei'; *superior fio* 'ich gewinne die Oberhand'; *factus* und ebenso *damnatos* löse auf nach A. B. 18ᵇ. — *capitis damnatos patria propulit* enthält keinen Widerspruch, denn *capitis damnare* heiſst auch: zum bürgerlichen Tode, d. h. zum Verlust aller Bürgerrechte verurteilen; daher *capitis damnatos* hier 'zu Kapitalstrafen verurteilt'. — *sua*, näml. populi.

3. *apud* 'vor'. — *Philippus* mit dem Beinamen Arrhidäus, der Halb-

verbo, re ipsa quidem apud Polyperchontem iussus est dicere;
namque is tum regis rebus praeerat. Hic ab Hagnōne accu- 4
satus, quod Piraeum Nicanŏri prodidisset, ex consilii sententia
in custodiam coniectus Athenas deductus est, ut ibi de eo
legibus fieret iudicium.

4. Huc ut perventum est, cum propter aetatem pedibus
iam non valeret vehiculoque portaretur, magni concursus sunt
facti, cum alii, reminiscentes veteris famae, aetatis misere-
rentur, plurimi vero ira exacuerentur propter proditionis
suspicionem, maximeque, quod adversus populi commoda in
senectute steterat. Quare ne perorandi quidem ei data est 2
facultas dicenti causam in iudicio; legitimis quibusdam con-
fectis damnatus traditus est undecimviris, quibus ad suppli-
cium more Atheniensium publice damnati tradi solent. Hic 3
cum ad mortem duceretur, obvius ei fuit Euphilētus, quo
familiariter fuerat usus. Is cum lacrimans dixisset: 'O quam
indigna perpeteris, Phocion!', huic ille 'At non inopinata' in-
quit; 'hunc enim exitum plerique clari viri habuerunt Athenis'.
In hoc tantum fuit odium multitudinis, ut nemo ausus sit eum 4
liber sepelire. Itaque a servis sepultus est.

bruder Alexanders d. Gr., der zur Regierung unfähig war und im J. 317 ermordet ward. — *verbo* 'dem Namen nach'; *re ipsa* 'in der That'. — *causam dicere* 'sich verantworten'. — *regis rebus praeerat* 'besorgte die Regierungsgeschäfte'.

4. *Hagnon*, ein athenischer Redner von der Volkspartei. — *consilii*, der Rat des Königs. — *coniectus* löse auf nach A. B. 18[b]. — *legibus* 'nach d. G.'.

4. Phocion wird in Athen verurteilt und hingerichtet.

1. *perventum est* im D. aktiv. mit 'man'. — *iam non valeret* 'nicht mehr (recht) fortkonnte'. — *alii* 'die einen'. — *commoda* 'das Interesse'. — *in senectute*, die Stellung dieser Worte deutet an, daſs man derartiges bei seinem hohen Alter nicht mehr von ihm erwartet habe.

2. *perorandi* 'zu Ende zu reden', als er sich vor Gericht verteidigte. — *legitima quaedam* 'gewisse gesetzmäſsige Formalitäten'. — *undecimviri*, nächst den Archonten die bedeutendste gerichtliche Behörde in Athen, die die Vollziehung der Straferkenntnisse zu überwachen hatte. — *publice* (*damnati*), d. i. nach den Gesetzen des Staates.

3. *obvius ei fuit* 'begegnete ihm' — *familiariter uti* 'eng befreundet sein'.

4. *In hoc fuit*, wir 'Ihn verfolgte'. — *nemo* 'kein'.

XX.

1. Timolĕon Corinthius. Sine dubio magnus omnium
iudicio hic vir exstitit. Namque huic uni contigit, quod nescio
an nulli, ut et patriam, in qua erat natus, oppressam a tyranno
liberaret, et a Syracusanis, quibus auxilio erat missus, iam
inveteratam servitutem depelleret totamque Siciliam, multos
annos bello vexatam a barbarisque oppressam, suo adventu in
2 pristinum restitueret. Sed in his rebus non simplici fortuna
conflictatus est et, id quod difficilius putatur, multo sapientius
3 tulit secundam quam adversam fortunam. Nam cum frater
364 eius Timophănes, dux a Corinthiis delectus, tyrannidem per
milites mercennarios occupasset particepsque ipse regni posset
esse, tantum afuit a societate sceleris, ut antetulerit civium
suorum libertatem fratris saluti et parere legibus quam im-
4 perare patriae satius duxerit. Hac mente per haruspicem
communemque adfinem, cui soror ex iisdem parentibus nata
nupta erat, fratrem tyrannum interficiundum curavit. Ipse non
modo manus non attulit, sed ne aspicere quidem fraternum
sanguinem voluit. Nam, dum res conficeretur, procul in prae-
5 sidio fuit, ne quis satelles posset succurrere. Hoc praeclaris-
simum eius factum non pari modo probatum est ab omnibus.
Nonnulli enim laesam ab eo pietatem putabant et invidia
laudem virtutis obterebant. Mater vero post id factum neque
domum ad se filium admisit neque aspexit, quin eum fratrici-

1. Timoleon von Korinth befreite seine Vaterstadt von der Gewaltherrschaft seines Bruders Timophanes, dessen Ermordung er herbeiführte, ohne sich indessen persönlich daran zu beteiligen.

1. *Sine dubio* verbinde mit *magnus* 'Unzweifelhaft grofs'; *exstitit* 'hat sich gezeigt'; eigentlich? — *nescio an* ist blofs durch 'vielleicht' wiederzugeben. — *ut* leitet die Erklärung zu *contigit* ein; darum füge 'nämlich' hinzu. — *depelleret*, wir mit anderer Wendung 'erlöste'. — *a barbaris*, wie man aus 2, 4 sieht, sind die Karthager gemeint. — *suo (adventu)* stark betont 'durch seine blofse (A.)'. — *in pristinum* 'in den vorigen Zustand'.

2. *non simplici*, d. i. von verschiedenartigem, et secunda et adversa. — *conflictatus est* hier Passiv, 'wurde betroffen, heimgesucht'. — *id quod* blofs 'was', mit Bezug auf den ganzen Satz.

3. *posset*, im D. Plusquampf. — *tantum afuit a* 'dachte er so wenig an'; eigentl.? — *antetulerit*, wegen der Tempusfolge s. A. B. 1[g], ebenso zu *voluerit* § 6.

4. *ex iisdem*, wie Timol. und sein Bruder, also eine 'leibliche' Schwester. — *interficiundum curavit*, im D. 'liefs' mit Inf. — *manus ... attulit*, wir: 'legte Hand an'. — *dum* ('bis') *res conficeretur* kommt als Gedanke Timoleons auch im D. in den Konj. (Plusquampf.). — *in praesidio* 'auf Posten'. — Zu *ne quis* vgl. A. B. 5.

5. *pietatem* hier 'brüderliche Liebe'. — *quin* 'ohne zu'. — *detestans* übers. nach A. B. 18[c].

dam impiumque detestans compellaret. Quibus rebus ille adeo 6
est commotus, ut nonnunquam vitae finem facere voluerit at-
que ex ingratorum hominum conspectu morte decedere.

2. Interim Diōne Syracusis interfecto Dionysius rursus
Syracusarum potitus est. Cuius adversarii opem a Corinthiis 346
petierunt ducemque, quo in bello uterentur, postularunt. Huc 2
Timoleon missus incredibili felicitate Dionysium tota Sicilia 344
depulit. Cum interficere posset, noluit, tutoque ut Corinthum
perveniret, effecit, quod utrorumque Dionysiorum opibus Corin-
thii saepe adiuti fuerant, cuius benignitatis memoriam volebat
exstare, eamque praeclaram victoriam ducebat, in qua plus
esset clementiae quam crudelitatis; postremo, ut non solum
auribus acciperetur, sed etiam oculis cerneretur, quem ex quanto
regno ad quam fortunam detulisset.

Post Dionysii decessum cum Hicĕta bellavit, qui ad- 3
versatus erat Dionysio; quem non odio tyrannidis dissensisse,
sed cupiditate indicio fuit, quod ipse expulso Dionysio im-
perium dimittere noluit. Hoc superato Timoleon maximas 4
copias Carthaginiensium apud Crinissum flumen fugavit ac 341
satis habere coëgit, si liceret Africam obtinere, qui iam com-

6. *vitae*, im Lat. Genetiv, im D. Dativ. — *ex conspectu discedere* 'sich den Blicken entziehen'.

2. Von den Syrakusanern gegen Dionys II. zu Hilfe gerufen, vertreibt Timol. nicht nur diesen, sondern schlägt auch dessen Gegner Hicetas sowie die Karthager.

1. Der Syrakusaner Dion, über den Vita X handelt, war 353 ermordet worden; sein Verwandter Dionysius II. war von 365—357, dann wieder 346—344 Tyrann von Syrakus. — *Syracusarum*, ungewöhnlich statt des Abl. — *uterentur*, im D. füge 'könnten' zum Inf.

2. *Cum interficere* (eum) *posset*, Einräumungssatz, im D. 'hätte können'. — *que* ('sondern') verbinde mit *effecit*, wovon *ut tuto Corinthum perveniret* (näml. Dionysius) abhängig ist. — *utrorumque Dionysiorum* statt des gewöhnl. utriusque Dionysii. — *cuius benignitatis*, das Substantiv stelle im D. als Apposition vor den Relativsatz. — Mit *eamque* wird der mit *quod* eingeleitete Satz fortgesetzt. — *postremo, ut*, der dritte Grund, weshalb er den Dionys nicht tötete. — *quem ex quanto regno ad quam fortunam*, eine im D. schwer nachzuahmende Verbindung mehrerer Fragesätze zu einem; übers. 'was das für ein Mann sei, den er von so hoher Machtstellung in ein solches Geschick hinabgestürzt habe'.

3. *decessum*, näml. aus Sicilien. — *Hicetas* war Tyrann von Leontīni in Sicilien und vor der Ankunft Timoleons von den Syrakusanern gegen Dionysius zu Hilfe gerufen worden. Allein er strebte selbst nach der Herrschaft von Syrakus u. verband sich deshalb mit den Karthagern. — *quem* knüpfe im D. mit 'aber' an. — *tyrannidis* gehört auch zu *cupiditate*, füge daher zu letzterem 'danach'. — *dissensisse*, näml. a Dionysio. — *indicio fuit, quod* 'dafür diente der Umstand zum Beweis, dafs'.

4. *copias* 'Streitmacht'. — *coëgit*, näml. eos, *qui* ... *tenebant*. — *satis habeo* 'ich halte es für genügend, bin damit zufrieden'. Sachlich ist der Bericht insofern nicht ganz genau, als die Karthager weder ganz aus Sicilien verdrängt wurden,

plures annos possessionem Siciliae tenebant. Cepit etiam
339 Mamercum, Italicum ducem, hominem bellicosum et potentem, qui tyrannos adiutum in Siciliam venerat.

3. Quibus rebus confectis cum propter diuturnitatem belli non solum regiones, sed etiam urbes desertas videret, conquisivit quos potuit, primum Siculos; dein Corintho arcessivit
2 colonos, quod ab his initio Syracusae erant conditae. Civibus veteribus sua restituit, novis bello vacuefactas possessiones divisit, urbium moenia disiecta fanaque detecta refecit, civitatibus leges libertatemque reddidit; ex maximo bello tantum otium toti insulae conciliavit, ut hic conditor urbium earum,
3 non illi, qui initio deduxerant, videretur. Arcem Syracusis, quam munierat Dionysius ad urbem obsidendam, a fundamentis disiecit; cetera tyrannidis propugnacula demolitus est deditque operam, ut quam minime multa vestigia servitutis manerent.
4 Cum tantis esset opibus, ut etiam invitis imperare posset, tantum autem amorem haberet omnium Siculorum, ut nullo recusante regnum obtinere posset, maluit se diligi quam metui. Itaque cum primum potuit, imperium deposuit ac privatus
5 Syracusis, quod reliquum vitae fuit, vixit. Neque vero id imperite fecit. Nam quod ceteri reges imperio potuerunt, hic benevolentia tenuit. Nullus honos huic defuit, neque postea res ulla Syracusis gesta est publice, de qua prius sit decretum
6 quam Timoleontis sententia cognita. Nullius unquam consilium non modo antelatum, sed ne comparatum quidem

noch vorher die ganze Insel besessen hatten. — *adiutum* Supinum.

3. Timol. erwirbt sich grofse Verdienste um die Neuordnung der Verhältnisse in Sicilien und geniefst in Syrakus, wo er sich als Privatmann niederläfst, allgemeine Achtung.

1. *regiones* 'Länderstrecken'. — *ab his*, näml. Corinthiis.

2. *ex* bezeichnet hier den unmittelbaren Übergang aus dem einen in das andere, 'unmittelbar nach'. — *otium* im Gegensatz zu *bellum* soviel wie pacem. — *deduxerant* 'angelegt hatten'. Dies der gewöhnliche Ausdruck von der Ausführung und Gründung einer Kolonie.

3. *arcem Syracusis*, ein in solcher Verbindung seltener Gebrauch des Ortscasus, statt dessen man den Genetiv erwartet. — *arcem munire* 'anlegen' ist gesagt wie castra, viam munire; *Dionysius*, der ältere. — *obsidendam* hier 'im Zaume zu halten'; eigentl.? — *a fundamentis* 'von Grund aus'. — *quam minime multa* = quam paucissima.

4. *Cum . . . esset*, Einräumungssatz; auch *tantum . . . haberet* gehört dazu. — *invitis*, näml. Siculis; *posset* hier und nachher im D. Plusquampf. — *nullo recusante*, negative Participia lassen sich oft durch 'ohne dafs' auflösen. — *cum primum* 'sobald als'. — *quod reliquum vitae erat*, wir einfach 'den Rest seines Lebens'.

5. Zu *Neque vero* vgl. A. B. 20. — *reges* 'als Herrscher'. — *neque ulla*: A. B. 5; ebenso § 6 *Nullius unquam*. — *sententia cognita*, ablat. absol.

6. *non modo, sed ne . . . quidem* 'nicht etwa, sondern auch nur'; *comparatum*, näml. cum eius con-

est. Neque id magis eius benevolentia factum est quam
prudentia.

4. Hic cum aetate iam provectus esset, sine ullo morbo
lumina oculorum amisit. Quam calamitatem ita moderate
tulit, ut neque eum querentem quisquam audierit, neque eo
minus privatis publicisque rebus interfuerit. Veniebat autem 2
in theatrum, cum ibi concilium populi haberetur, propter
valetudinem vectus iumentis iunctis, atque ita de vehiculo,
quae videbantur, dicebat. Neque hoc illi quisquam tribuebat
superbiae; nihil enim unquam neque insolens neque glorio-
sum ex ore eius exiit. Qui quidem, cum suas laudes audiret 3
praedicari, nunquam aliud dixit, quam se in ea re maximas
deis agere gratias atque habere, quod, cum Siciliam recreare
constituissent, tum se potissimum ducem esse voluissent.
Nihil enim rerum humanarum sine deorum numine geri pu- 4
tabat. Itaque suae domi sacellum Automatías constituerat
idque sanctissime colebat.

5. Ad hanc hominis excellentem bonitatem mirabiles
accesserant casus. Nam proelia maxima natali suo die fecit
omnia; quo factum est, ut eius diem natalem festum haberet
universa Sicilia.

Huic quidam Laphystius, homo petulans et ingratus, 2
vadimonium cum vellet imponere, quod cum illo se lege agere

silio. — *Neque magis . . . quam* 'Und ebensowohl . . . wie'. — *benevolentia eius* 'durch das Wohlwollen, das er genofs' (Beliebtheit).

4. Wie es Timol. verstand, sich auch als erblindeter Greis die Zuneigung seiner Mitbürger zu erhalten.

1. *lumina oculorum* 'das Augenlicht'; über den Plural vgl. A. B. 9. Ebenso § 3 *laudes.* — *neque . . . neque* hier 'ebensowenig . . . wie'. — *querentem*, im D. Infin. — *eo* 'deshalb'. — *interfuerit* 'dabei thätig war'.

2. *in theatrum*, die Theater wurden bei den Griechen häufig als Versammlungsplätze benutzt. — *cum* 'wenn'. Ebenso § 3 *cum audiret.* — *propter valetudinem* bezieht sich auf seine Blindheit, daher 'leidender Zustand'. — *vectus iumentis iunctis* 'mit einem Zweigespann'; eigentl.? — *quae videbantur*, im D. ein Substantiv. — *Neque quisquam*: A. B. 5; desgl. *nihil unquam.* — *illi tribuebat superbiae* 'legte ihm als Stolz aus'. — *gloriosum* hier 'prahlerisch'.

3. *Qui quidem* hier 'Ja, er'. — *nunquam aliud*, im D. schiebe 'etwas' ein. — *agere gratias* 'Dank sagen' (*gratiam habere* 'Dank wissen').

4. *Automatiās*, griech. Genet. von *Automatia*; damit wird die Göttin bezeichnet, welche die ohne menschl. Zuthun eintretenden Ereignisse bewirkt. — *sanctissime* 'mit der gröfsten Frömmigkeit'.

5. Ein sonderbarer Zufall in Timoleons Leben. Sein Verhalten gegenüber ungerechten Anklägern. Sein Begräbnis.

1. *festum* (näml. diem) *haberet* 'als Festtag feierte'.

2. *vadimonium*, eigentl. die durch Bürgschaft bestätigte Versicherung, vor Gericht erscheinen zu wollen; daher *vad. imponere* 'einem das Versprechen abnötigen, vor Gericht zu erscheinen'. — *quod . . . diceret*, der Konj. deutet an, dafs er glaubte, behaupten zu dürfen; im D. kommt das Verbum des Sagens in einen eingeschobenen Satz mit 'wie', der Inf. wird Hauptverbum; *lege*

diceret, et complures concurrissent, qui procacitatem hominis manibus coërcere conarentur, Timoleon oravit omnes, ne id facerent. Namque id ut Laphystio et cuivis liceret, se maximos labores summaque adisse pericula. Hanc enim speciem libertatis esse, si omnibus, quod quisque vellet, legibus ex-
3 periri liceret. Idem, cum quidam Laphystii similis, nomine Demaenĕtus, in contione populi de rebus gestis eius detrahere coepisset ac nonnulla inveheretur in Timoleonta, dixit nunc demum se voti esse damnatum; namque hoc a deis immortalibus semper precatum, ut talem libertatem restitueret Syracusanis, in qua cuivis liceret, de quo vellet, quod vellet impune dicere.

4 Hic cum diem supremum obisset, publice a Syracusanis
337 in gymnasio, quod Timoleontēum appellatur, tota celebrante Sicilia sepultus est.

XXI.

1. Hi fere fuerunt Graecae gentis duces, qui memoria digni videantur, praeter reges. Namque eos attingere noluimus, quod omnium res gestae separatim sunt relatae. Neque
2 tamen hi admodum sunt multi. Lacedaemonius autem Agesilaus nomine, non potestate fuit rex, sicut ceteri Spartani.

agere cum aliquo 'jemanden auf Grund des Gesetzes belangen'. — *manibus* 'mit der Faust'. — *conarentur*, im D. Infin. mit 'wollten'. — *et* 'und überhaupt'. — Zu *se* ... *adisse* vgl. A. B. 17. — *Hanc* 'dies'; *speciem* hier 'das Musterbild' einer Sache, wie es dem Geiste vorschwebt, 'das Ideal'.

3. *Idem* s. A. B. 13ª. — *detrahere de* 'mäkeln an'. — *nonnulla* im D. Adv. 'mehrfach'. — *Timoleonta*, acc. sing. mit griech. Endung. — *voti damnatum esse* 'seinen Wunsch erfüllt sehen', eigentlich zur Erfüllung eines Gelübdes verurteilt sein, welches man bei dem Gebet für den Fall der Erhörung gethan hat. — *precatum* (esse), Subjekt ist noch das vorhergehende *se*. — *restitueret*, im D. füge 'könnte' zum Inf.

4. *gymnasium* (griech. Fremdwort), ein öffentliches Gebäude, das zu körperlichen Übungen mannigfacher Art bestimmt war. Wahrscheinlich ward dies erst später an der Stelle, wo er (auf dem Markte) begraben war, errichtet. — *celebrante* 'unter dem Zudrange', denn *celebrare* heifst 'zahlreich besuchen'.

---

